

B. N. D. 156.
h. 42, 7.

(X 187 6257)



A. O.
De
**PRÆSCRIPTIONE
TEMPORIS IMMEMORIALIS**

ex
*Magnificæ & Nobilissimæ Facultatis
Juridicæ Decreto*

Hanc
PRO LICENTIA,

quam vocant,
DISP. P. P. H. L. Q. C.

Ad diem 15. Novembr. A. O. R. M. DC. LXXXIII.

**ANDREAS Schel/
Saxo Hall.**

ALTDORFI NORIC.

Typis HENRICI MEYERI, Universit. Typographi.

Ut

Æ T E R N O

Debitas grates solvat, æternas debiturus,

P A T R I Æ

Sui Memoriam commendet, beneficiorum non immemor,

P A T R O N I S

Suffragium Benevolentiae submissè eliciat,

P A R E N T I

Temporis exacti rationem reddat,

A M I C I S

Fidelitatis syngrapham exhibeat.

Inauguralem hanc Dissertationem




Nomini **ILLORUM**

sacram esse cupit

ANDREAS Ockel.





A. O.

TH. I.



Ræscribere idem esse ac *περιγράφειν, περιρίζειν*, præfigere, statuere, limitare, atq; ab eo descendere derivatione Grammaticâ Præscriptionem, i. e. Præfixionem, Limitationem, à LL. introductam, oppidò & absq; Diogenis patet lucernâ; vestigia quippe hujus denominationis reperire possumus, si rectâ pede ad *L. quinq; pedum. C. fin. regund.* nos receperimus: Sicuti enim Romanorum de Finibus, utpote eorum sacratis Deo, de quo Scriptores de Diis Gentilium, *Alciatus in Comm. b. t. Giphanius* olim hujus Athenæi Antecessor celeberrimus *Comm. in d. l. pen. Angel. Politian. lib. 1. Miscellan. c. 38. Joh. Oetinger. de Jure Limit. lib. 1. cap. 2. in not. lit. G. Guilielm. Onciac. quæstion. Juris Philosoph. 46. n. ult.* pluresq; alii, religiosa cura fuit, ita civibus determinabant certum spatium, & quidem secundum Legem Manilianam quinq; aut sex pedum, quod usucapioni non subjaceret. *Aggen. Urbicus p. 68.* Et hanc ipsam vocem præscriptionis limitibus seu spatiis ab initio propriam fuisse, ex *Jul. Front. Tract. de controvers. agror.* aliisq; non obscure probat *Jctus sine pari Jacob. Gotbofr. Cod. Theodos. ad l. quinq; pedum.* Postea verò, qui ad clavum sedebant Reip. ut locis quondam, sic & tempori quandam præscribebant metam, quæ ut illa jurgia, ita hæc lites ad dissentiendum proclivis hominum turbæ terminaret. Differentiam enim facimus meritò inter lites & jurgia: *Benevolorum concertatio, non lis inimicorum jurgium dicitur,* inquit *Cicero d. Rep. l. 4. & jurgare putat Lex inter vicinos, non litigare,* quod discrimen & in vernaculâ nostra attendi videtur, dum illa *nachbarliche Zrungen/Mißverständnisse*/hæc verò *Rechtliche Kriege*/appellantur. conf. laud. *Gotbofr. in d. l. & jubar nostræ Jurisprudentiæ B. Dn. Strauch. Diff. ad 50. decis. Ex. 4. c. 1. n. 1. 2.* Et hæc meta præscriptio Temporis dicitur *Jctis*, uti not. *Joh. Franc. Balbus, Jctus Taurinensis, Tract. de Præscript. 1. part. pr. q. 2. n. 2.*

A 2

II. Di-

el.



II. Dicitur hæc temporis præscriptio Exceptio, Græcis *Ἐξαίρεσις* secundum *Gloss. vet. Græco-Latin. Cyrill.* atq; exceptioni, intentioni, quæ & vindicatio appellatur, opponitur, monente *Gothofr. d. l.* ut præscribere nihil aliud sit, quàm ab agendo repellere; In quo nobis adstipulatur *Julius Pollux l. 8. c. 6.* præscriptionem id esse dicens, cum actio non sit introducibilis, prout ejus verba docent, cum ait: *Ἐξαίρεσις δ' ἐστὶν ὅταν τις μὴ εἰσαγωγίμω εἶναι λέγῃ τὴν δίκην*, cujus sententiæ firmandæ causâ etiam exempla non obscura proponit *Pollux*, quæ amplius dilucidè expedit *immortale Germanicæ decus* antè laudatus *Dn. Strauch. Diss. ad 50. decis. opere digno, quod fata ad ultimam limam perducere permisissent, Diss. 1. cap. 2. num. 5. seq.* Convenit id quoq; *LL. textibus*, & in hoc sensu vocem hanc quoq; accipere videntur *JCti Ulpianus in l. 52. §. 3. de Jud. Macer. in l. 3. §. de prævaric. Julius Aquila in l. 12. de susp. tutor. Marcian. in l. 1. §. 4. ne de stat. defunct. Modestin. l. 34. §. 3. Leg. 2. vid. Dn. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 43. th. 5. Henr. Gebhard. Cancellarius primò Rutheno-Geran. postea Altenburgens. Tr. de Rer. usucap. c. 1. §. 1. n. 6. Brissou. Jus meliore fatò dignus de V. S. sub voc. Præscript. Fabius Quintil. l. 1. c. 7. Schneidewin. ad pr. J. hic. n. 2. ut sic citra erroris notam omnis præscriptio etiam exceptio rectè appelletur. vid. tamen ulterius *Dn. Strauch. cit. loc. n. 21. seqq.* & si placet, *Henric. Vales. in not. ad Harpocrat. p. 148. seq.**

III. Ast longè aliter vocabulum præscriptionis usurpatur alibi, dum nonnunquam, uti quidem cum *Gloss. apud Balb. loc. postea citand. in not. lit. a.* exponitur, (*Cujac. enim Brunnem. aliiq; sensu planè alio & usitatiore hanc vocem ibidem usurpatam voluerunt*) injuriam designat, *l. 5. C. de pign.* ubi non causâ cognitâ, sed præscriptione se superatum conqueritur *Domitius*; sic & ille, qui contra veritatem in ratiociniis quid fecit, præscribere dicitur *JCto Pomponio in l. 111. §. de condit. & demonstr.* quod confirmant *Impp. Diocletian. & Maximilianus in l. 21. C. de transact.* ac glossam suam addit *Dionys. Gothofr. ad d. l. lit. Q.* quod præscribere nihil aliud sit, quàm dicis causâ in Instrumento aliquid ponere, *Balb. p. 1. part. pr. q. 2.* quin & secessum facit à communi acceptione vocabulum præscriptionis, quando idem est ac cum autoritate quid dictare, monente *Lovaniens. Acad. decore Petr. Gudelin. Tr. de Jure Noviss. lib. 5. cap. 13.*

IV. Vicaria nomina præscriptionis, quin sint *incubatio diuturna* l. fin. C. ne rei domin. vel templ. vindic. *Temporis suffragium* l. 24. w. de don. inter V. & U. *Temporis definitio* l. 1. C. ne rei domin. vel templ. usucapio, non usus capio, teste Conano l. 3. Comm. 11. & Jctissim. Strauch. *Diss. Jur. Justin. Diss. 8. aph. 2. contra Gellium*, cum non usus capiatur, sed usu, (vid. tamen l. 1. §. 2. pro dote) aliosq; textus evolventi statim in oculos currit.

V. *Temporis Immemorialis Præscriptionem* cum exhibituri sumus, brevi fidelia, quid sit *tempus*, quid *immemoriale*, depingemus. Et temporis quidem Definitionem cum Cicerone difficilem pronunciat exacti iudicii Jctus *Albericus Gentilis, de divers. tempor. appellat. c. 1.* Philosophi ex cœli solisq; vertigine deducunt hoc spatium, quo rerum omnium agitationem vicissitudinemq; metimur, *Calvin. Lex. Jur. sub voc. tempus*, dicentes, *tempus esse affectionem corporis naturalis extrinsecam, quâ illius duratio in se indistincta distinguitur juxta motum corporum cœlestium: Vel durationem corporis naturalis, quæ notabili momentorum successione constat; Alberico Gentil. d. c. 1.* est pars quædam æternitatis cum spatii, aut qualitatis significatione. Fortassean Juridicè magis describi poterit *spatium, quo juris cujuslibet initium, duratio & finis determinatur.* Spatium illud constituitur vel à natura, quò spectat l. 2. de oper. lib. l. 73. pr. de V. O. & alie à *Dionys. Gothofr. ad l. 3. §. 6. lit. S. allegatæ*, ac quæ habet *Goedd. de contrab. & committ. stipulat. n. 130. seqq.* vel à lege, sumpto vocabulo generalius, ut suo ambitu etiam statuta & jus non scriptum, Fabio inscriptum dictum, complectatur, uti factum etiam in l. 1. C. ne fidej. dot. dent. secundum quidem vulgatam scripturam, veterum librorum autoritate stabilitam, & defensam etiam à *Cujacio ad l. 6. de Just. & Jur. mendosum enim textum & verborum traiectione ita: sive ex Lege, sive ex consuetudine jus proficiscitur, legendum arbitrantur Petr. Fab. 1. Semestr. c. 24. & Francisc. Broëus in Histor. Jur. Chronolog. ac suadent Basilica lib. 28. tit. 9. dicta verba ita Græcè reddentia: καὶ τὰ μάλιστα νόμοι ἢ συνήθειαι τῶν ἐπιτρέτων ἡρώων, vel etiam ab homine, & quidem tum publicâ autoritate à Judice, tum privata voluntate & conventionione dominorum & administratorum. Juris autem vocabulum in præmissâ descriptione latè accipio, non pro omni eo dumtaxat, quod publico privatoq; jure cuivis convenit, uti alias in pr. J. de just. & jur.*

l. 158. d. R. I. §. ult. J. de his, qui sui vel alien. jur. sed eò quoq; sensu, quo in §. ult. J. de J. N. §. G. usurpatur, & universum jüris objectum involvit. conf. Petr. Gregor. Syntax. Artis Mirabil. tom. 1. lib. 5. c. 8. Græcis dicitur χρόνος, quod Andr. Tiraquell. Tr. de Præscript. §. dix. anns 1. à vocabulo derivat Κρόνος, Saturni nomine proprio: Hunc enim veteres temporis & veritatis fingeant Deum, cum tempus jure silentium imponat rebus; & ea propter Saturni dies festos per otium agitados fuisse auctor est Tacitus Histor. L. 3. p. m. 550. vid. Martin. quoq; in Lexic. Philolog. voc. tempus. Cæterum divisionibus, quibus tempus in diurnum & nocturnum, utile & continuum, feriatum & Juridicum, aliterq; dispescunt, nobis inhærere impræsentiarum haud vacat; adeat, quem hujus rei capit voluptas, subtilem Italum Alberic. Gentil. d. diff. de divers. temp. Appell. Cujac. de Præscript. c. 3. Cravett. de Antiquit. tempor. p. 3. per tot.

VI. Immemorialis Vocabulum communiter per id describunt, cujus initii memoria non extat. Est enim memoria rei antea cognita, ut cognita est, iterata apprehensio; Job. Sperl. in Antropol. Pbyf. L. 1. c. 3. q. 10. neq; hic à nobis facit divortium Marcus Tullius, cui memoria est, per quam repetit animus, quæ fuerunt; Quo non obliquo oculo etiam respicit Jctus in l. 44. pr. τ. de acquir. possess. Ex quo facile poterit dijudicari à contrario, quid sit immemoriale. Scilicet cujus rei notitia nunquam per sensus vel à sensibus nobis communicata: Et cum memoria receptas species retineat ac conservet, quod nunquam recepimus, neq; in memoriâ fuisse dicendum erit. Conf. Tiraquell. d. t. §. dix. anns. n. 1.

VII. Præmissis, quæ ad nativam vocabulorum ingenuitatem exhibendam faciunt, utpote quarum cognitio licet non potissimam partem Juris prudentiæ, in se tamen præclaram, eamq; cognitionem continet, sine quâ penè pueri esse videmur Anton. Augustin. Tr. de Nomin. propr. τὸ πανδέκτῃς Florentini, & in mediâ luce cespitare necesse est, parum curantes inertes illos sub Realium specioso titulo superbientes hostes Philologiæ (quorum è numero Batavum virginale decus Anna Maria à Schurman in Ευκλεῖα p. 31.) quam Ulpianus inter liberalia studia refert, quæ Græcis ἐλευθέρια dicuntur, cujusque insignia planè recenset privilegia celeberrimus hujus Athenæi quondam Antecessor Scipio Gentil. L. 1. Parerg. c. 1. & quam egre-

egregiè non tantum commendant, sed & excoluerunt apex Doctrinae Gallicae Budæus ad l. 1. de Contrah. Empt. V. Taubmannus in Epist. ad Muscul. aliiq; Jcti, quos refert Magnif. hujus Athenæi Antecess. DN. D. HAMMERUS, Patronus, Hospes & Præceptor meus filiali semper mihi verentiâ mandandus, Diss. sub ejus Præs. hab. de Testamento Implicitò tb. 9. § p. m. Dn. Drechsler, Præceptor meus per quinquennium uti dexterrimus, ita honoris debiti ergò mihi hic nominandus in Rescissa Euxægia Schurmanniana §. 28. p. 41. Conf. tamen hic Grot. de J. P. & P. L. 2. c. 20. n. 23. Descriptionem Temporis Immemorialis superstruimus hanc: quod Præscriptio Temporis Immemorialis sit usucapio, quæ completur tanti temporis decursu, cujus initii memoria non extat; Vel quod sit acquisitio secure possessionis per usum justum, immemoriali tempore continuatum.

VIII. Sub primo statim frontispicio verò diversæ se hic offerunt sententiæ, quot annos nimirum præscriptio hæc Immemorialis requirat. In diversa enim hic abeunt castra Dd. & tres imprimis se offerunt partes, quæ contentionis ferram inter se trahunt. Sunt enim qui centenarium & immemoriale tempus uno eodemq; esse metiendum modulo, hujusq; assertionis fundamentum in eo positum volunt, quod centum anni hominum memoriam non videantur excedere, illudq; moraliter infinitum sit, quod hominum excedit memoriam, quam opinionem communis fermè Dd. Schola nobis propinat, Cynus in l. 2. C. de servit. n. 9. Capolla Jctus Veronensis d. S. P. R. c. 19. n. 5. 6. & quos ibi allegat, Anton. Gabriel. l. 5. Commun. Opin. t. de præscript. Concl. 1. n. 78. 80. Marstrilius decis. Neapol. decis. 114. n. 46. Prosper. Farinac. Oper. Crimin. l. 3. t. 7. q. 69. n. 144. Quido Papæ q. 573. n. 3. Treutl. v. 2. d. 22. tb. 4. Coler. de Jur. Imper. German. sect. 43. Wesemb. ad t. de usucap. num. 7. Hahn. ad eund. multiq; alii.

IX. Ab his secessum facit Vir sui nominis Hugo Grot. immortalis opere de J. B. & P. l. 2. c. 4. n. 7. cum prudentioribus, uti loquitur, Jctis reputans, non planè idem esse tempus memoriam excedens cum centenario, sed majus potius. Fundamentum hujus opinionis ponitur in eo, quod secundum c. 17. §. de præscript. in præscriptione 100. annorum titulus sit necessarius, in immemoriali vero neutiquam, & quod probatâ centenariâ non actutum etiam probata sit immemorialis. Defendunt hanc opinionem etiam Fe-

linus

linus ad d. c. 17. Covarruv. c. possessor. 2. part. relect. §. 3. n. 8. Menoch. l. 2. conf. 17. Cardinalis Zarabella pluresq; alii; Imo nonnulli planè novo nisu nobis persuadere satagunt, Immemoriale non dici, cujus initium quocunq; modo ostendi posset, per instrumenta, vel per Litteras vel per alia quæcunq; documenta, quod Paradoxon lepidè profligat Wesenb. conf. 2. n. 82. nec Arcam Moſis nec diluvium hac ratione vetustatem superare docens. Zachar. Vietor. de Exempt. caus. concl. 17. n. 24. seqq. add. B. Dn. Bæcl. ad d. loc. Grotii pag. 119.

X. Tertia eorum est sententia, qui præcisè ad Tempus Immemoriale minus requirunt tempus, quàm centum annos. Hæc opinio est *Gloss. ad cap. auditis 15. verb. cent. de præscript. Cravetta de antiquit. Tempor. part. 4. §. absolutis. 6. pr. & nonnullorum aliorum. Firmant eandem potissimum ex eò, quod in præscriptione solius Ecclesiæ Romanæ 100. anni requirantur, adeoq; necessariò Immemorable tempus minus esse debeat, quam centenarium, quum sicuti Romana Ecclesia omnes dignitate longe post se relinquit, ita & ejus præscriptio omnes alias superare præscriptiones fas sit, & quia si contrarium statueretur, sanctissima mater in deteriori esset constituta conditione, quam quivis ex infima fece, cum hic Immemoriali tempore se posset tueri, contra illam verò centum currerent anni. vid. *Matth. Stephani lib. 4. de Jurisdiction. part. 1. c. 7. n. 149. seqq.**

XI. Verum si rem recta ratione pensitamus atq; accuratiori scrutinio in Immemorialis præscriptionis naturam inquiramus, neque primam, neque secundam, neque tertiam sententiam præcisè rem exprimere offendemus. Immemoriale enim tempus neque præcisè centenario majus, neque minus, neque par est, sed illud dicitur, quod excedit memoriam hominum, qui venerandâ canitie præditi eò tempore vivunt, quò aliquid controvertitur, nec tamen id se vidisse unquam, nec homines, qui viderint, vidisse, sed à majoribus potius semper contrarium audivisse, profiteri possunt. *l. 28. §. 1. §. probat. Myns. 1. O. 30. Chassaneus ad consuetud. Burgund. 4. des justices §. 2.* Et certè, quòd centenaria ab Immemoriali præscriptione differat, causam efficientem utriusq; evolventi patebit. Imperator enim Justinianus hanc centenariam in favorem & privilegium Ecclesiæ Rom. introduxisse palam est *l. 2. §. Auth. C. de SS. Eccles.* cum e contrario Immemorialis præscriptio pro omnibus Eccle-

Ecclesiis introducta sit. Ipsum præterea nomen sat differentiam utriusq; exhibet: Est enim in Centenaria certum tempus expressum, in hâc verò nullum certum tempus determinatum. Supersedebimus adducere differentiam, quæ est in Titulo. Nam si contra jus commune quis præscribere velit centenariâ præscriptione, titulo opus erit, si immemoriali, neque eò opus habemus. Sed nec paucæ sunt differentia ratione probationis & Effectuum. Immemorialis enim præscriptionis fortior quòd sit effectus quàm centenarii, infra patebit.

XII. Illud negari nequit, Consuetudinem & tempus Immemoriale, multis, quod ajunt, parasangis inter se distare. Quamvis enim *Joh. de Anâ in cap. 2. d. Venat. Cleric.* & qui eum sequuntur *Panormitanus in c. abbate. n. 12. & c. super quibusd. n. 9. d. V. S. Covarr. p. 2. n. 2. de R. I. in 6to* & qui hos recenset, illisq; quodammodo adstipulatur *Jul. Pacius, discept. d. Imper. Mar. p. 26.* in illâ sint opinione, quasi hæc duo pro uno eodemq; juris articulo, sint habenda; cum *Balbo tamen Tr. de Præscr. p. 1. pr. 1. q. 10.* contrarium sequi lubet, optimis in nixo rationibus. Scilicet notum est, quod in consuetudine Introducendâ requiratur consensus populi, vel majoris partis, sed quid frequentius quàm Immemorialem præscriptionem etiam contra ignorantem currere? *l. fin. C. de præscr. 30. l. 40. Ann.* Porro ex præscriptione Jus privato acquiri certum, per consuetudinem publicæ non privatæ rei consulitur, imò si acquireretur certis personis privatis non esset consuetudo, sed præscriptio: Quòd & ab effectu dignoscitur in quantum differant. Sic qui jus percipiendi decimas sibi acquisivit, si in probandò jure fundamentum ponit in consuetudine, non in præscriptione, nequaquam requiritur immemoriale tempus, cujus assertionis probandæ expressum habemus textum *in c. 1. d. præscr. in 6to & confirmat id Jctus gravissimus luculentissimus Tiberius Decian. Cons. 34. col. ult. n. 8. & Mascard. de Probat. Concl. 1373. n. 112. V. 4. & Cynus in l. 2. C. quæ sit long. consuet. n. 7.* ubi enodavit etiam difficultatem in cognoscendâ naturâ Consuetudinis, Præscriptionis, Usus & Styli. Nihil autem obstat, quod præscriptio nonnunquam habeat annexam consuetudinem, quod urget *cit. loc. Pacius*, quia hæc duo non sunt contraria, ideo simul quoq; possunt allegari, cum & aliàs nihil sit frequentius quàm duobus remediis experiri: Sic & actionem prætoriam & utilem
B
Rei

Rei Vindicationem contra illum dari, qui dolo desit possidere, notum est *ex tit. ꝝ. C. de alien. jud. mut. caus. fact.* Habemus & juris analogiam in materia furti; Constat quippe in eâ concurrere tam rei Vindicationem quam conditionem furtivam, & actionem furti; (quamvis enim conditio furtiva *in l. 9. de in lit. jur.* dicatur actio furti, illud tamen non fit nisi nomine generis analogici & improprii *l. 14. §. qualis. C. de furt.*) cujus concursus causa an sufficiens sit ea, quæ perhibetur, odium furum, multi, quod obiter monemus, dubitant. Cæterum de concursu actionum videantur *Dd. Systematici & Analytici ad t. C. O. & A.* singulatim verò *Job. Grafe & Marc. Job. Sinocius Tractatibus de concursu & cumulatione action. nec non B. Dn. Tab. in Indice LL. post Criminal. definit. racemat. s. p. 188. & inter Disputat. Obrechtian. Disp. 28.*

XIII. Quæstionem circa temporis Immemorialis præscriptionem, cui nimirum Juri incunabula debeat, aliquos *ἀνοσιγῶς* neminem seriò satis & solitâ his scriptoribus diligentiam tractasse, conqueritur *Dn. Bæcler. ad Grot. l. 2. c. 4. §. 1.* Nobis quin ex J. G. descendat, non permittit dubitare illius juris natura: Cum enim Jus G. statu Universæ humanæ Societatis & conditionis exigente inter homines constituerit *§. 1. 2. J. d. J. N. G. & C. l. 9. ꝝ. d. J. J.* ut Rebus publicis quam maximè prospiceretur, necessitatis autem humanæ exigentia utramq; in præscriptione Immemoriali faciat paginam testante & aperto ore profitente *Hugone de Roy Tract. de Eo quod Just. l. 3. t. 2. §. 4. & Job. Seldeno Tr. de Mar. Claus. l. 1. c. 26.* non potuit non etiam Jus Gentium præscriptionem admittere, imò *Seldenus d. l.* eò tendit, ut illum putet ex orbem terrarum N. & Gentium jura eliminare qui præscriptionis titulum Principibus commune esse neget: Quin & Reip. finis qui in pacato rerum statu consistit *l. 13. C. de Judic. l. 2. C. de R. J. l. 2. pr. ꝝ. de aq. pluv. arc.* non posset conservari, si civibus perpetuis litibus se vexandi concederetur licentia, incertaq; essent dominia. Nec quicquam facit, quod J. N. cum quo concurrit sæpius J. G. repugnare videatur si invito dominò rem auferre, illamq; mei juris facere obtentu Immemorialis præscriptionis temporis mihi concedatur, ut enim taceamus, hinc invito domino non fieri alienationem, *per l. alienationis. 78. de V. S.* certè nec Juri repugnat, ut res quæ jam aliena est, desinat esse talis, & fiat, alterius propria. Accedit & illud, quòd
lem-

semper fortius vinculum juris magis stringat, quam debilius: Jam verò penitus nobis persuasum est, vinculum illud juris, quò alteri obstrictus sum, ne ejus rem possideam, debilius longè esse hoc Reip. interesse, ne rerum dominia sint in incerto; ἐξοχώτατος, Grotius l. 2. c. 4. n. 5. in hanc rem eleganter ita differit. Si durum putavit Aratus Sicyonius privatas quinquaginta annorum possessiones labefactari, quando majus illud Augusti tenendum est, eum virum bonum ac civem esse, qui presentem reipublicæ statum mutari non vult? & quod nos addimus, illud mutari declinat, quod per centum annos aliter se habuit. Facit ad nostram sententiam firmandam, quod non solum Romani, sed & aliæ pleræq; gentes hoc jure, tanquam muro aheneo, se muniverint. De Græcis quippe, id testatur Plato l. 12. d. LL. & referente Livio Histor. l. 35. c. 16. idem jus urfit; Sulpitius, quod & apprimè nos docent Israëlitæ Ammonitarum postulata hac immemoriali præscriptione resellentes, confer Vacon. à Vacun. lib. 1. declar. 28. n. 4. Petr. Gregor. 40. Syntagm 11. Petr. Heig. p. 1. q. 16. Brunchorst. 4. ass. 2. Limn. ad Capitulat. Carol. V. art. 9 ad verba: Zum förderlichsten. Gebhard. d tractatu cap. 1. n. 14. seqq. & Petr. Gilcken tractatu simili p. 1. c. 1.

XIV. Juris Civilis autem quod sit, ratione scilicet Reformationis, uti loquitur accuratus Lauterbachii Sectator Dn. Eckolt. ad t. de usucapion. num. 7. seu, uti id effert Hugo de Roy cit. loc. quatenus renovata, explicata, ac emendata à Romanis eò ipsi non diffitemur, conf. §. venditor. 42. §. de rer. divis. §. l. 6. d. just. & jur. scilicet cum Principi semper integrum sit in Rep. suâ, si rebus suis proficuum videat, certum terminum præfigere negotiis civilibus, quid illi obstabit, si ex plenitudine potestatis suæ formam novam & præscriptionibus quasi induxerit & indiderit? Habemus juris analogiam in materiâ patriæ potestatis, sesquipedalibus siquidem verbis Imperator §. 2. §. de patr. pat. hoc jus proprium civium Romanorum putat, cum tamen neminem lateat, communi J. Gentium patriam potestatem observari, scilicet, si simpliciter, absolute & quoad originem spectetur, non autem quoad effectus Juris civilis proprios; videndi hîc amplius ante laudatus Vacon. à Vacun. 1. declarat. 8. Scip. Gentil. de bon. matern. c. 1. 2. Connan. 2. 13. Tholosan. 11. c. 5. seqq. & scriptotes de patriâ potestate proprii, Monticulus, Bosius, Clementinus, & Philipp. Pascalis de virib. patr. pot. Sic testamenti factio vel consideratur indefinitè, generaliter, & simplici-

pliciter, quò casu J. G. quin sit origine pariter ac formali essentia non dubitamus. Vel consideratur definitè ad *Remp. Rom. & Juris civilis* extra omne est dubium (obiter autem hic monemus *Dn. Sutholt. diff. 7. th. 5.* minus commode illos loqui existimare, qui originem testamenti ad *Jus Gentium*, formam verò ad *Jus Civile* referunt, cum absq; formâ actu non possit existere, vid. *Theoph. §. 1. J. de J. N. G. C. Vigl. ad §. 3. J. de test. ordin. Vacon. à Vac. 1. declar. 16. n. 1. Covarruv. 3. Variar. Resol. 6. n. 7. § Jctorum Alpha Cujacius ad l. 1. § 3. qui test. fac. poss.*) Ut itaq; revertamur rectè nobis in hoc à *Wesensb. recessisse* videtur *Ampliss. Dn. Hahn. ad Eund. t. de usucap. n. 9.* ubi contra *Vasquium l. 2. c. 51. n. 28.* disputat, eatenus tantum præscriptionem *Juris Civilis* esse, quatenus à *Jure Civili* novis qualitatibus informata sit: Quò inclinare videtur etiam *Jul. Pacius d. diff. de Imper. Mar. Adriat. p. 18.* asserens continere præscriptionem *Immemorialem tacitam concessionem Principis*, quasi nimirum *Princeps* isti temporum cursui privilegium concessisset, & quod antea *communi G. jure* licitum suâ auctoritate corroborasset.

XV. Insurgit equidem hic *Balb. p. 1. pr. q. 4.* hoc ratiocinio, quod si, inquit, *Jus Civile* non esset, neq; præscriptiones essent, cui asserto quid regeri debeat, suppediat nobis eleganter *Grot. de J. B. P. l. 2. c. 4. pr.* Etenim, inquit, si hoc admittimus, sequi videtur maximum incommodum, ut controversiæ de regnis regnorumq; finibus nullò unquam tempore extinguantur, quod non tantum ad perturbandos multorum animos & bella serenda pertinet, sed & *communi Gentium sensui repugnat*: Quibus lucem accendit, quod speciose differit *Ludovicus Gonzaga ad Henric. III. Gall. R. apud Thuan. l. 59. p. 43.* Nec verò *Principes*, si rogentur, quò titulò tot provincias possideant, aliud quod respondeant habere, quam eas ita à parentibus accepisse: *Philippum* reposcentibus *Neapolis & Sicilia Regna, Mediolanensem Principatum, Regnum Navarræ, Placentinam arcem, Cameracum, Brabantie Principatum*, non aliud respondere solitum, quam ea à patre accepisse. Eodem titulò *Venetos, multas Austriacæ domus ditiones, Mantuanorum Principum, Ferrariensium, & Carrariorum olim, Brixiam deniq; Episcopis ademptam, retinere, nec si Etruriæ Dux, ut Senensium Reip. Libertatem antiquam restituat; Si Pontifex, cur Bononiæ & Anconæ statum antiquum immutaverit, aliud responsuros, & si lex sit, ut Principes, quæ à Majoribus usurpata possident, restituere teneantur, ad summas angustias pleros-*

plerosq; , qui nunc late regnant, redactum iri. Altera ejus argumen-
tatio est, quia præscriptio introducta, ut litium esset finis, E. est
Juris Civilis inventum. Quasi verò repugnaret Juri G. quid in-
troducere, quò litibus finis imponeretur. Imò cum præscriptioni-
bus cautum sit, ne dominia sint in incerto, Gentium verò Jure do-
minia sint distincta, necessariò quoq; eodem G. Jure prospicien-
dum fuit, quò eorum dispositio robur accipiat: Parum enim est Ju-
ta condere, nisi qui ea tueatur existat *l. 2. §. 3. de O. J. & c. frequentes
de Judic.*

XVI. Juri Canonico quod sit cognitã nostra præscriptio, testa-
tur *Bonifacius VIII. c. 1. de Præscript. in 6to.* Sic ut huic Juri Cano-
nico præcipuum in hãc præscriptione auxilium quoad conserva-
tionem adscribere videatur *Gebhard. cit. tr. c. 2.*

XVII. Causa Impulsiva hujus Immemorialis oppido patet, nem-
pe illa est salus publica: Neq; enim, ut scribit *Frider. Balduin. præf.
de usucap. aliter constare possunt humana commercia, quis enim cum alio
vellet contrahere, quis ab alio emere, si nullius unquam rei possessio secu-
ra?* Et eleganter *Faber. in C, Sabaud. ad l. 7. t. 13. def. 19. quis tandem
litium finis, si post tot annos turbare omnia liceat, veteresq; actiones, seu
remissas seu omissas repetere adversus eum, qui longe justius possit alie-
ni facti probabilem ignorantiam obtendere?* conf. *Dn. Struv. S. J. C.
Ex. 43. th. 2.*

XVIII. Quin per tantum tempus cujus initii memoria non ex-
tat, peregrinus acquirere possit etiam ubi contra civem actio in-
tenditur, suadet illud quod priori loco posuimus porisma: Scilicet
cum Jure Gentium constituta & introducta sit præscriptio, sequi-
tur omnes omninò illos, qui J. G. non sint exclusi, hoc privilegio
posse frui, *Gebhard. c. 1. n. 35.* Nisi Statuta locorum reclamant, qui-
bus multis in locis, ut in Ducatu Würtembergico, peregrini pro-
hibentur bona possidere immobilia: videndi *Barbat. ad rubr. §.
de reb. Eccl. non alien. Thom. Maul. de Empt. V. t. 5. n. 28. seq. Mev. ad
Jus Lubec. L. 1. t. 2. art. 5. Besold. ad Jus Provinc. Würtemb. Disp. 2.
th. 44. §. 100. Lindensp. Comm. ad Ordin. Provinc. th. 17. fol. 81. seqq.
ac B. Dn. Lauterbach. ad Jus Provinc. Würtemb. Disp. 2. th. 35. pluresq;
alii ibidem & ab aliis allegati.*

XIX. Ex quò inferimus Civitates quoq; hoc beneficio optimè
gaudere posse, tum quod pro personis mysticis habeantur, *l. 22.*

de fidej. imò non nunquam privatorum loco, *l. 16. w. de V. S.* tùm quod specialiter Imper. Justin. hoc illis indulgeat. *l. 23. C. de SS. Eccl.* Quod clarius Jure Saxon. constat, quò *Sereniss. Elector* peculiari constitutione, nempe *6. P. 2.* civitates privatis in hoc præscribendi genere exæquavit: Quin imò & easdem, quas Jure fisci alias gaudere non permittunt *ll. à Petro Gudelino JGto Lovaniens. Comm. ad Jus Noviss. L. 5. c. 28.* citatæ immemoriali consuetudine Jus confiscandi sibi acquirere posse, probat *J Ctus, cui parem vix Germania vidit, Dn. Mevius, Summi Tribunal. Wismariens. Præses, Comment., æternitate digno, ad Jus Lubec. P. 2. t. 2. art. 14. n. 62.* & amplius evincunt *Zabnio Ignograph. Municip. c. 54. n. 3.* laudati, quicquid in contrarium disputet, summus alias *J Ctus, Cothmannus vol. 2. conf. 55. n. 24. conf. Zabn. d. cap. n. 4. seqq.*

XX. In hoc equidem non conveniunt omnes, an subditus se possit tueri contra Principem hac temporis Immemorialis Præscriptione, seu, an possit ita præscribere subditus, ut non amplius subditus sit? Dupliciter hæc quæstio potest intelligi, scilicet an subditus se possit tueri temporis Immemorialis præscriptione, ita ut non amplius subsit huic vel illi, quod omnino affirmamus, LL. fundamentalibus ita suadentibus; quid enim, quæso, in Imper. nostro Rom. frequentius, quàm ad exemptionem provocare, adeò, ut si quis per ejusmodi tempus, cujus initii memoria non extat, probet, se ad comitia Provincialia provocatum comparuisse. nunquam alterius superioritatem recognovisse, nunquam alii quàm huic homagium præstitissè, nec quicquam alteri pensitasse, Imperiali Judicio pro exemto habeatur, secundum præscriptam formam procedendi & excipiendi in *Augustanò Processu Anno 1558. S. Wann auch. Meichsn. decis. 61. n. 71. 72. L. 3. Symphorem. Tom. 1. P. 2. t. 2. vot. 4. n. 58. seqq. Mastrilius decis. 114. n. 20. Oldradus Conf. 172. 244.* Illustrat hoc ipsum illustris illa, qua inter se quondam contendebant *Serenissimi Duces Lüneburgenses & Guelfobytenes* controversia in urbem Brunsvigam: Scilicet contendebat Dux *Henricus Guelfobytenis*, Duces *Cellenses* nullum Jus in urbem illam habere & ponebat fundamentum suum in præscriptione, quòd tempore Immemoriali cives *Brunsvicenses* homagium non præstitissent Ducibus *Cellensibus*, adeoq; tutos esse cives illos à subjectione: Quibus *Cellenses* accuratè reponebant, allegari hoc debere à Civibus, non verò

verò à Henrico Duce. his verbis: Solte jemand die Verjährung für
 zuwenden haben / so müsten die von Braunschweig / und nicht Herzog
 Heinrich zu thun haben / de qua controversiâ. vid *Hordled.* von Ur-
 sachen des Deutschen Kriegs / *Lib. 4. c. 6. § 10.* atq; *Illustris Strauch.*
Diss. Exot. 12. num. 12.

XXI. Vel ita intelligitur quæstio, ut affirmativè proferatur;
 an scilicet sic possit præscribere subditus, ut ex subdito fiat Magi-
 stratus, quod simpliciter procedere negamus cum *Dn. Sutbolt. Diss.*
de Jurisd. §. 410. cum omnimoda libertas in æternum præscribi non
 possit, *Acatius Enekel L. 2. de Privil. c. 5. n. 68. Zachar. Vietor. de Ex-*
empt. conclus. 12. nisi aliæ concurrant circumstantiæ, v. g. subditus
 ad arma provocet, se eximat Principis Jurisdictione, Princeps au-
 cum eo postea, tanquam cum libero, contractus celebret: Et sunt
 egregia, quæ ex *Isocrate* recitat *B. Dn. Bæcler. ad Grot. de J. B. & P.*
Lib. 2. c. 4. ad §. 4. ubi *Lacedæmonios* sic ratiocinantes producit:
Tractavimus cum Persis de conditionibus Messanam nos juste tenere, neq;
Rex Persarum, neq; Thebani, nobis unquam objecerunt; quodnam autem
accuratius de Jure judicium invenerimus, eò, quod § ipsi hostes agno-
verunt, § quod in rebus nostris adversis editum est? Quo & ipsum *Gro-*
tium respexisse vidimus citato loco, dum regulam *Catonianam*: Ea,
 quæ ab initio invalida sunt, tractu temporis non convalescere, sic
 limitat, nisi nova causa intercedat, quæ idonea sit Jus producere,
 id quod *Dn. Ziegler. Comm. ad d. l.* exemplo sat clari demonstrat.

XXII. Offendimus hic verò Antagonistam *Theodor. Reink. L. 1.*
Cl. 2. c. 9. de Regim. Secul. & Eccles. strenuè *Panormitani* castra se-
 quutum, cui neq; divino, neq; humano jure ejusmodi exemptus,
 hâc temporis *Immemorialis* præscriptione tutus est, cum mala fi-
 des à quâ præscriptio ejusmodi inceperit, cum inobedienciâ con-
 juncta, in æternum non patiatur, ut præscriptio currat, & ea, quæ
 contra bonos mores fiunt, ne quidem à nobis posse fieri putandum
 sit; *l. 15. w. de cond. & demonstr.* deinde quod fieret ejusmodi ex-
 emptus *acephalos*, quod juris ratio non patitur *c. nulla ratione. 8.*
dist. 93. cap. cum non liceat. 12. de præscript. Verum ipse quem pro se
 allegavit, *Balb. p. 2. pr. q. 2. n. 4.* jamdudum huic objectioni satis-
 fecit; indubitati quippe Juris est, tacitam concessionem tantum
 operari, quantum expressam, & Principem patientiâ in alterum id
 conferre posse, quod vel alio modo illi ipsi licitum & integrum. *arg.*
 l. 32.

tum
 . Ec-
 ecu-
 scri-
 alias
 mm.
 con-
 ania
 ent.
 vin-
 con-
 s. 55.
 us se
 scri-
 sub-
 sub-
 a ut
 fun-
 stro
 ut si
 bet,
 n al-
 ho-
 i Ju-
 pro-
 ann
 ot. 4.
 strat
 enif-
 n ur-
 oby-
 one-
 me-
 cibus
 Cel-
 non
 verò

l. 32. §. 1. de LL. Dux siquidem sunt axes, in quibus universæ actiones voluntur humanæ, Voluntas & Potestas: Jam si, quod supra monuimus, Princeps cum illo contractus, ineat, qui suæ Jurisdictioni & Imperio cervices subtrahit, tanquam qui præter Deum neminem superiorem recognoscit, nullâ factâ mentione Juris sibi olim competentis, quin suo juri repudium miserit, non est dubitandum; cur enim non ad arbitros provocavit? cur nullam tanto tempore idoneam voluntatis ad retinendum dominium significationem edidit? cur, cum potuerit, non interpoluit protestationem, opemq; alienam imploravit? Lepida autem est, (modo fides habenda *Dn. Sutholtio Diss. 6. Coroll. 1. hoc testanti*, hætenus enim ipsum *Friderum* evolventi & revolventi id assertum videre non licuit) illa dubitandi ratio, quam, nescio quis genius *Petro Fridero à Patriâ Mindano dicto de Process. in Camera extrah.* in aurem susurravit: quia in Sacro Imperio R. Christus Salvator noster natus est, & educatus, ideo contra id non currit ulla præscriptio. Ut autem revertamur ad *Reinckingium*, possumus & id urgere, quod m. f. tanti temporis cursu cujus initii memoria non extat, plane purgetur, neq; amplius de m. f. quæstio audiatur post illum temporis decursum; docente *Casp. Klock. V. 1. Conf. 29. n. 451. & Conf. 37. n. 346.* Audeat scilicet, impune hoc ipsi Jovi Prometheus dicere, Non decere Reges veteres meminisse injurias. & quod *Bodinvs L. 5. de Rep.* Vetera hic non afferantur; nisi hanc quæstionem ad id reducas, quod pejoravô nepos Ludovic. XIV. ab avo didicisse videtur où on ne se sert point du droit, mais des canons. Cujus certe Symbolum

Non ex jure -- -- -- -- mage ferro

Rem repeto, regnumq; peto, vado solida vi.

Interim hic conferantur *Andr. Gail. l. 1. c. 21. n. 15. Bachov. ad Treutl. V. 1. Disp. 3. th. 7. L. C. ad verba: Alia quæstio est, Zahn. d. tract. c. 3. & 4. Gebhard. d. tract. c. 3. p. 5 10, Brunn. ad l. 2. C. Ne Rei dom. Alber. Gentil. § I. B. L. 1. c. 22. aliq.* Ego verò auctoritates profundis rationibus nixas sequutus extenderem hoc assertum, ut credam quamvis metus armorum & talis subditi violenta invasio consensum sui domini extorserit, nihilominus illum consensum ex metu profectum, & postea tempore confirmatum Jus validum invasori ejusmodi concedere: Cum Jus obligationis, si quis metu majoris mali

mali quid fecerit non statim ex eò tollatur. *Dn. Bœcl. ad Tac. L. 1. Annal. c. 10.*

XXIII. Porrò in disquisitionem venit; An vasallus contra dominum suum tempore Immemoriali præscribere possit directum dominium? Distinguo in hac quæstione cum *Magnif. Dn. Struvio, in egregio plane opere, Syntagm. scilicet J. F. c. 15. aph. 3. Exeg. n. 5.* An Vasallus qui investitus de Feudo id possideat, factòq; aliquò interveniente, domini possessionem interverterit, hancq; possessionem tempore Immemoriali continua verit; an verò quidem per tempus Immemoriale servitia non præstiterit, interim nullo actu præcedente dominium directum interverterit: Priori casu admitto præscriptionem, posteriori casu nego cum *Dn Struv.* præscriptionem vasallo currere posse, cum nemo sibi possit titulum possessionis mutare *l. 2. C. de Præscript. 30. l. 40. Ann.* Quò collimant & ea, quæ habet *Dn. Ludwel. Tr. Synopt. c. 8. q. pen.* distinguens, an vasallus, possideat tanquam vasallus, & nullo unquam tempore præscriptionem locum habere auctor est, an verò vasallus contra dominum suum præscribens rem tanquam allodiam possideat, quò posteriori casu, ambabus, quod ajunt, largitur manibus, cursum immemoriam illi prodesse. Eandem sententiam tuetur *Schrad. Tr. Feud. p. 6. c. 6. n. 62. Rosenthal. tract. sim. c. 6. concl. 82. Petr Job. Anchoran. l. 2. q. 50. n. 2. Gl. 3. q. 11. n. 1. Job. Angel. de Besutio inter Consilia Zasil. 2. cons. 15. n. 6. Webner. Cons. Francon. 98. n. 1.* pluresq; apud eosdem alleg. dissentientibus quoad præscriptionem longissimi temporis *Vultej. 1. de Feud. c. 9. n. 18. Bocero Tr. de Præscript. Feud. c. 2. n. 70 seq.*

XXIV. Est & illud non extra omnem dubitationis aleam positum: Si feudum in extraneum sine agnatorum consensu alienatum, & per tempus Immemoriam possessum, an tunc vasallus tutus sit hoc Juris præsidio, petentesq; à se alios exceptione hujus præscriptionis repellere possit? Et quamvis non sine prægnantibus causis ejusmodi vasallum non obstante præscriptione longissimi temporis à superveniente remotiori agnato inquietari posse, cum plerisq; *Dd. censeat Bocer. d. tr. c. 2. 94. seqq. Job. Köppen. Potentiss. Elector. Brandenburgici, quondam Senator Primarius, decis quest. Illust. 54. n. 6. 96. seqq. Dn. Ludwel. cit. loc. q. ult. Dn. Struv. S. I. F. Diss. 13. aph. 18. n. 4. Exeges. & Dn. Ziegler. ad Grot. L. 2. c. 4. §. 10. ad*

C

verba

verba longo tempore acquiri; Quoad præscriptionem tamen Immemorialem secus se res habebit: Quod enim ad textus Jur. Feud attinet, nunquam est censendum unô generali verbô, totam præscriptionis materiam, *summâ vigiliis, summaq; providentiâ, uti Imper. in Proëm. l. loquitur, excogitatam, emendatam. Et in perfectam deniq; erectam consonantiam, destrui & radicitus evelli, cum hoc unicum publicæ quietis sit præsidium, ut, quod cursu 30. l. 40. annorum acquiri non possit, si spatium temporis immemorialis supergressum fuerit omnilitium vexationi, ut cum Jcto loquar, eximatur, Andr. Tiraqv. Tr. de retr. convent § 1. gloss. 2. n. 12. 23. § 25. Cujus rei analogiam habemus in materiâ servitutum: Jctus enim Paulus (ob obscuritatem aliâs à Raphaël Fulgos. ad l. 17. de Inoff testam. maledicti epitheton meritis, benè autem defensus ab Uldarico Zasio Epistol. ad Claud. Cantuunc. quæ præmissa est Jul. Pacii Enantioph) in l. 14. pr. d. servit: Generaliter servitutes discontinuam causam habentes non posse præscribi opinatur, quem explicat Pompon. l. 3. §. 4. de acqu. cottid. § estiv. & generalem illam dispositionem restringit ad vulgarem & communem præscribendi modum, solumq; tempus Immemoriale excludit, vid. Myns. cent. 4. O. 57. Modestin. Pistor. vol. 1. conf. 7. n. 51. Köppen. decis. 57. Job. Del-Castillo: de usufr. c. 68. § Besold. V. 4. Conf. 566. Sic in Electoratu Brandenburgicô ejusq; Ordin. Consistor. art. 71. cautum reperimus, nullum rei Ecclesiasticæ possessorem præscriptione se contra Ecclesiam tueri posse quin potius nisi aliô titulô possessionem suam corroboret, eundem pœnâ amissionis mulctari; rectè tamen cenlet pii Jcti perfectissima Idea B. Dn. Brunnem. ad l. 5. C. de fund. rei priv. hâc constitutione nequaquam Immemoriali præscriptioni præjudicari. Conf. Dn. Schrader. cit. loc. Jul. Clarus. 4. Sentent. §. feudum. q. 45. n. 2. § 4. Duaren. in consuetud. feud. c. 16. n. ult. Mynsing. Decad. 5. Resp 48. n. 8. seqq. Bocer. d. tract. c. 2. n. 119. seqv.*

XXV. Circa Principis domanialia quid sit sentiendum, pro ingenii modulo explicabo. Fateor, dimitti me in vastum, multisq; Syrtibus obvium Oceanum, quem ut prospere evadere contingat, Divinæ gratiæ anchoram exopto. Ea siquidem abstrusa Domaniorum natura est, ut ad resolvendas circa ea tricas, quod *Vigilius* de Jurisdictione assererat, Veteres Jcti de inferis essent resuscitandi. Quinq; autem species faciunt Dd. quæ *Princeps Imperio,*

uti

uti loquitur *Seneca de Benefic.* possidet: *Patrimonium Principis, Fiscalia bona, Domania, Res publicas ac privatorum.* De cæteris non ero sollicitus. Domania verò & Fiscalia paulò uberius inspiciam. Ut enim Patrimonium Principis à fisco mirum in modum distat, ceu naturam eorum & *Choppin. de Doman. Franc. Lebman. Chron. Spir. l. 2. c. 44. Jacob. Guther. de O. D. A. l. 3. c. 27.* aliosq; evolvendi patet. Ita non temerarii sunt, qui Domania bona & fiscalia discretis considerant oculis, cum id suadeat diversa nominis appellatio, diversa natura, modusq; diversus constituendi; *Domania quippe propriè mensæ, annonæ, victui, ac Dignitati Principis sunt destinata,* quæ vernacula nostra *Fürstl. Tafel Güter* adpellat, quantumvis *Andr. Knichen. Comm. de Saxon. non prov. jure, verb. Ducum Saxon. c. 7. n. 8.* referat, quòd hodie bona Domania *ἐν πλάτει* aliquando dicantur Principum redditus, & emolumenta quæcunq; siue sint incorporata mensæ domini, siue alio nomine percipiuntur, cum e contrario fiscalia bona ad statum regni factum tectumq; conservandum sint introducta, Germanis dicta *Fürstl. Cammer Güter* non obloquente *textu in R. I. de Anno 1576. §. Und nachdem. II.* Quin imò Domanium illud, quod mensæ est destinatum, certum ac determinatum esse plerumq; assolet; cum bona fiscalia augmentum recipiant ac decrementum. *Georg. Henrich. Springsfeld. Tr. de Apanag. c. 7. n. 23.* Unde licet nullus dubitem, quin in Principis potestate positum sit, fundo qui forte fortuna ad illum pervenit qualitatem domanii inducere nisi tamen de illâ enixâ ac perpetuâ Principis voluntate probè constiterit, fundus ille exindè, quod ad Principem quocunq; modo pervenit, non actutum etiam bonis verè domanialibus immiscendus erit, cum affectio, constitutio ac destinatio tum demum rem nostram mutare, & ex illâ id facere possit, quod alias res ipsa propriè non est, ubi illa destinatio fuit perpetua, non temporaria *arg. l. 17. §. 7. de action. Empt. V. §. l. 242. §. 2. de V. S. Finckelthuf. Diss. Feud. 3. q. 20. L. d.* quemadmodum eâ de causâ inter *Dd.* etiam maximè controversum est, quantum temporis ad inducendam tacitam incorporationem sufficiat, usq; adeò, ut non sequatur, hujus fundi redditus Camerae inferuntur, E. ipse est verum domanium. Atq; hoc Domanium in specie sic dictum Græcè vocatur *τέμενον*, unde *τεμενίζω*, honoro, consecro, seu pars agri publici concessa mensæ regie, aliis patrimonium populi.

puli. *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 6. n. 1. innot.* & ad eundem locum *Job. Frid. Gronov.* ostenditq; *Andr. Knichen. c. 7.* vocabulum domanii ex *J. F.* translatum fuisse, quoniam in eo patrimonium domini vocatur dominicum, unde villæ dominicatæ. *Calvin. Lib. de Verb. Feud. Lebm. Chron. Spir. l. 2. c. 44.* & *Lindenbrog. in Gloss. Cod. LL. antiqu. in Fletâ. L. 5. c. 5. §. 18.* dominicum propriè terra ad mensam assignata, & *Covello, 7 Cto Anglo, in indic. diction obscur.* dicitur tota illa terra intra manerium, quod dominus fundi aut in manibus suis retinet, aut saltim ad annos, aut voluntatem suam juxta consuetudinem manerii aliis locat: *Ast vir seculorum memoriâ dignissimus, & in studio Philologico tyrannus Gerb. Job. Vossius l. 3. c. 8. de Vitiis Sermon.* ejus originem Gallix adscribit, atq; deducit à Vocabulo la domaine. *Springsfeld. verò cit. loc.* à dominio, quasi sit in dominio Reip. Sed ad rem. Hæc ipsa bona domanialia an tempore Immemoriali præscribi possint, anceps Dd est quæstio. Eò enim favoris ergà Principes processerunt nonnulli, ut contra illos eorundemq; Regalia & Fiscum nullam præscriptionem valere asserant. Scilicet, *nunquam, ut Plin. in Panegy. c. 41. differit: Principibus defuerunt, qui fronte gravi & tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adsint. Sub titulis publicarum necessitatum & utilitatum, quas figurant & exaggerant, avaritiæ Principum adrepentes, ut ad d. l. Plinii à se quoq; adductum notanter subjicit ô πᾶν Bæcler. Notat. Pol. ad Tac. l. 1. Annal. c. 8. §. 5.* Mihi alia planè mente residet sententia. Non quidem inficiari possum, temere vix illis assentiendum, qui hæc bona Domaniale in violare non verentur, ac fidelitatis meritorumq; velamento bonis inhiant coronæ: Quemadmodum obinde etiam à *Baldo super Feudis proëmio n. 32. Panormit. ad c. intellecto. 33. §. de fidej. n. 1. Luca de Pennâ, ad l. quicumq; 7. C. de omn. agr. des. n. 6 seqq. Carol. Molin. ad Consuetud. Paris. l. 1. §. 2. gl. 4. n. 17. Ferdin. Vasq 1. Controv. c. 4. n. 4. seq. multisq; aliis optimo provisu annotatum, & à Francis. Hottom. quest. Illustr. 1. Job. Bodin. l. 1. de Rep. c. 9. §. l. 6. c. 2. Petr. Heig. P. 1. q. 19. Renar. Chopp. de doman. Franc. L. 2. c. 1. Job. Nevizan. inter Cons. feudal. Bruni cons. 12. & Job. à Sande de prob. rer. alien. c. 6. §. 2.* uberius deductum est, quod bona verè domaniale, cum ad necessarios Principalis mensæ & aulæ sumptus sustinendos sint ordinata, nec Princeps eorundem verum & plenum habeat dominium, sed imperium saltim & jurisdictionem, atq; sic tutor magis, administrator, parens & maritus sit Reip. à Prin-

Principe, sine Statuum, quos habet, legitimo consensu, ac in præ-
 iudicium suorum successorum, ex generali omnium regnorum &
 cum ipsis regnis natâ lege ac G. quasi Jure, ut erudite loquitur
 princeps Juris-Consultorum *Cujac. ad d. cap. intellecto. 33. §. de jure-
 jur. alienari prohibeantur*; cum Reip. salus versetur in eò, si Prin-
 cept pingue domanium possideat, ne scilicet opus illi sit Contri-
 butionibus, Collectionibus, Impostis, Accisis, aliisque oneribus, (vix
 enim hodie ad designandam multiplicem vocabulorum toties, to-
 tiesque aliquando etiam cum præsentissimo subditorum intertri-
 mento & exterminio, indicti tributi nomina sufficiunt, atque fa-
 cilis ferme est, cum Scaligero Patre exhibere pyrricham & na-
 ves enumerare Homericas, quam onerum ordinariorum & extra-
 ordinariorum iliadem) ad suam dignitatem sustentandam, utpote
 cum fons sit dignitatis, à quò cæteræ dimanant, *De las Casas quest.
 an Princeps Subd. à Reg. Coron. alien. queat*, misellos onerare subdi-
 tos. Ut enim *fragilis res est pecunia sine peculio*, etiam rusticis ex
 testimonio Proculi *apud Celsum in l. 79. §. de Leg. 3.* prudenter
 censentibus: ita multo magis dignitati Principis adversatur nullis
 omnino proventibus sublevari. Quare pro suâ, quâ magni semper
 sunt habiti, prudentiâ Romani, Neroni, antequam ex homine in
 belluam converteretur, insigniter erga populum benefico, adeoque
 vectigalia dissvadenti, acriter reponabant, dissolutionem Imperii
 certo eventuram, si fructus, quibus Resp. contineretur, diminue-
 rentur. *Tac. L. 13. Annal. c. 50. n. 2.* Certè Princeps cum Rep. sacra
 connubia contraxisse videtur. *Gregor. Tholos. de Rep. L. 3. c. 8. n. 4.*
 Sicuti itaque maritus res dotales uxoris alienare prohibetur, ita exi-
 stimant neque Principi esse indulgendum bona Coronæ sive Doma-
 nalia in alium transferre. *De las Casas dict. Diss. Myler. ab Ehbren-
 bach. Nomol. Ordin. Imper. c. 17.* Attamen in hoc præcipuè Dispu-
 tationis nostræ cardo volvitur: An ejusmodi bona Domanialia,
 de factò, ita vulgò loqui solemus, alienata à Principe & per tempus,
 cujus initii memoria non extat, ab aliis possessa, repeti queant à
 Successoribus? Quod, communem opinionem Dd. sequentes, o-
 mnino negamus. *Gail. L. 1. Obs. 21. n. 17. Brunn. Cons. 129. n. 291. Cons.
 133. n. 229. Mastrill. Decis. Neap. 114. n. 43. seq. Steph. de Jurisd. L. 2.
 P. 1. C. 7. n. 141. Frider. Balb. part. 2. pr. 5. q. 1. 2. Gebhard. de Usucap.
 c. 4. §. 4. n. 7. seq. Menoch. de Recuper. Poss. Remed. remed. 15. num. 418.*

*Carpzov. L. 1. Resp. 38. n. 11. Anton. Fab. Cod. Sabaud. L. 7. t. 12. def. 1. Andr. de Iserniâ in c. 1. §. Prætereà Ducatus. 1. 16. seq. de prob. rer. alien. Anton. Perez. (cujus insignem in singulis Cod. LL. enodandis dexteritatem plus voce simplici commendatam memini à Magnif. DN. HAMMERO in Prælect. publ. ad Perez.) ad t. C. ne rei Dominic. vel templ. n. 3. Anton. Gabriel. Commun. Opin. L. 5. t. Præscript. Concl. 1. Modestin. Pistor. L. 1. Cons. 15. n. 16. Cons. 40. n. 4. Mascard. de Probat. Concl. 1221. n. 50. Matth. Wesenb. V. 1. Cons. 45. n. 22. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. L. 1. Class. 5. c. 2. n. 24. seq. eundemq; sequutus Schütz. Coll. J. Publ. vol. 1. decis. 6. th. 8. lit. D. cum multis allegatis Augustin. Barbos. ad c. 76. §. de V. S. n. 3. §. 4. Quodsi enim bona hæc Domaniale simpliciter essent impræscriptibilia ita essent vel ex naturâ suâ intrinsecâ, & qualitatibus physicis, vel ex causâ externa. Quod illud non sit vel communis hominum sensus & ocularis rerum domanialium consideratio evincet. Sin posterius, omnimoda illa impræscriptibilitas (liceat ita compendii & clarioris demonstrationis causa *ὀνομαστοποιεῖν*) proveniet ex Jure vel Naturali, vel Gentium, vel positivo Divinô aut humanô. Quod Jure Naturali hæc bona non sint simpliciter impræscriptibilia omniq; humano commercio exempta, ipsa recta ratio dicitur. Sed quod nec Jure Gentium, contraria observantia testatur: Etenim historiarum præta si ingrediamur, nec *Siculos*, nec *Polonos*, quos tamen limites Regibus suis præscribere angustissimos probat *Hartknoch. de Stat. Regni Poloniæ*, neq; *Hungaros* Domaniale bona revocare solere, si per Immemorabile tempus ab aliis fuerint possessa offendimus. *Job. Sand. Tr. de prob. rer. alien. c. 6. n. 28. 29.* Ergo restaret dicere Jure positivo ejusmodi bona commercio privatorum exempta esse. Sed de Jure positivo divino id non nisi ad Calendas Græcas probabitur. Jure verò positivo humano, quin id constitui possit in præjudicium subditorum, equidem non ambigimus, ita tamen, ut constitutio talis, ad modum & naturam aliarum Constitutionum secundum *l. 7. C. de LL. l. 29. C. de testam. can. 2. dist. 4.* Doctoresq; communiter, longâ serie à *Barbos. L. 10. c. 10. axiom. 40.* allegatos, non ad alienationes & præscriptiones præteritas, sed futuras tantum referenda foret; num verò etiam in præjudicium exterarum gentium, & provinciarum aliarum contra Jus G. & publicam tranquillitatem, præsertim in Imperio nostro, ubi secundum *cap. 26. §. de V. S.**

V. S. *§. R. I. de An. 1548. §. Wann auch ein außgezogner. 56. §. Wo*
aber innerhalb. 64. *aliaq; Constitutionum universalium loca, quibus Im-*
perii Status, quippe cum eorundem consensu & approbatione,
præviâ maturâ deliberatione, in ipsis Imperii Comitibus latis, *arg.*
l. 35. de R. I. cap. quod semel 21. de V. I. in 60. l. Imperatores. 13. §. 3. de
decurion. § per ea, quæ discurrunt Mev. P. 4 decis. 77. § 168. in anne-
xo conceptô, acutissimus Strauchius de Statut. à Summ. Princ. th. 6.
Myler, ab Ebrenbach. de Princip. § Stat. part 2 c 39. n. 5. Dn. Frider.
Müller. Pract. Civ. March. resol. 34. n. 8. contravenire non possunt,
talia bona non censentur simpliciter impræscriptibilia, non sine ra-
tione subsistimus. *conf. Job. Steph. Duranti quæst. 110 totiss. 105. n. 17.*
Quin potius si Principi dotis loco ad onera Imperii ferenda Doma-
nia sunt assignata, ut concludunt fermè omnes, *Lucas de Penna in*
l. 7. C. de omn. agr. des. Knichen. de Investit. pact. P. 3 cap. 2. n. 82. Jun.
Brutus de Vindic. contra Tyrann. q. 3. & ante quoq; à nobis est asser-
tum certè Princeps non debet esse deterioris conditionis ac priva-
tus. Jam verò quilibet maritorum ex plebe res mobiles in dotem
datas licitè alienat, id quod de rebus fungibilibus expresse tradit
§ Ctus Cajus in l. 42. de J. dot. nec aliud tamen dicendum de specie-
bus mobilibus in dotem acceptis per l. 3. §. 2. de suis § legit. l. 3. C. de
J. dot. & quia exceptio regulam in casibus non exceptis confirmat,
Bachov. ad Treutl Vol. 2. Diss. 7. th. 9. Lit. L. Perez ad C. ht. n. 6. &
præter scriptores de Jure Dotium proprios Job. à Sande d. tr. c. 10.
§ Andr. Reiter. de alienat. p. 1. c. 16. sect. 2. quin immobiles etiam
venditionis gratiâ æstimatô in dotem datas *l. un. §. 9. C. de R. U. A.*
l. 5. § 10. C. de Jur. dot. l. 10. § 4. Eod. Frantzck. de Laudem. c. 22. n. 26.
seqq. Cujac. ad l. 3. de fund. dotal. Zanger. de Except. Part. 2. c. 11. n. 76.
seqq. Thoming. decis. 31. Scipio Gentil. de æstim. rer. in dot. datar. §
Molin. de J. J. tract. 2. Diss. 416 n. 7. Imo dos constante matrimonio
planè minui potest *l. 19. l. 20. § Authent. Sed jam. C. de donat. propt.*
nupt. Nov. 97. c. 2. itaq; & ea domania saltim quæ in rebus mobi-
libus cujuscunq; generis consistunt, à Principe posse efficaciter
alienari est in propatulo. Accedit, quod Regalia præscriptioni Im-
memoriali subjaceant, ceu ex infra dictis patebit, Ergo & bona do-
manialia præscriptibilia erunt: Quin imo immutatur planè natu-
ra domaniorum & expirat post tantum tempus, perhibente *Modest.*
Pist. V. 1. Cons. 15. n. 16. his verbis: Diereil die von R. solche Güter
nunz

def. r.
r. alien.
s dex-
Magnif.
nic. vel
Concl. 1.
Probat.
Regim.
Schiitz.
ugustin.
Doma-
naturâ
Quod
um do-
illa im-
ratio-
l Gen-
ali hæc
o com-
e Gen-
n prata
s Regi-
t. Regni
, si per
s. Job.
ere Jure
ta esse.
proba-
in præ-
ut con-
num se-
sq; com-
os, non
tantum
um gen-
ranquil-
6. X. de
V. S.

nunmehr ub x 50. Jahr inne gehabt / so können sie keine Cammer-
Güter mehr seyn. *arg. c. cum de benefic. de præb. in sexto* Et facit
quod tradit *Alex. V. 1. Conf. 79.* quod etiam quando bona de mensa
sunt alienata, post 40. annos præsumatur omnis solennitas inter-
venisse, ita ut bona illa non amplius pertineant ad mensam.

XXVI. Et huic sententiæ eò securius subscribendum venit, si
Domanialium quædam saltim commoda, redditus, fructus & utile do-
minium aliis concedatur, reservatô imperiô, recognitione ac fide
Bald. d. proëm. § num. Alexand. V. 5. Conf. 124. n. 22. Peregrin. de J. F.
num. 73. quos sequitur *Saxonia Jctus celeberrimus Modestin. Pistoris*
Vol. 1. Conf. memorabili, § huc multum faciente 15. ubi n. 10. ita loqui-
tur: Diweil nun die hohe und Lands-Fürstl. Obrigkeit König Sigis-
mund, als ein Herzog zu Glogau/ behalten/ so hat er auch sonst die
Nutzung und andre Berechtigkeith an Guth B. wohl vergeben können/
ungeacht daß es Cammer-Guth gewesen/ *re. nequicquam dissentien-*
te Vasqv. d. c. 4. n. 9. aliisq;, utpote quos ipsa rerum praxis, optima
legum interpretes, confutat, unde *Bartbol. Camerarius, Jctus Bene-*
ventanus, in repetit. l. Imperialem de prob. alien. per Frider. §. firmiter. 1.
præterea. 1. Ducatus. in fin. Unum non omittam, inquit, *me nec unquam*
vidisse, Regem alienasse suum directum dominium, sed per sæpè terras
Domaniales concessisse; vel tantum quædam diminutio hæc Doma-
nialia affecerit, cum remisisse certis ex causis Jus suum Princeps
censendus sit. *Vasqv. Illustr. quest. cap. 3. n. 8. § c. 4. n. 1. Covarr. in*
c. quamvis. 2. part. §. 2. num. 34. Natta, qui post Alexandrum inter Re-
spond. de jure primas obtinet, censente Bapt. Aym. 2. de Alluv. c. 15. pr.
Conf. 640. n. 5. Ludov. Molin. de Hispan. Primogenit. L. 1. c. 3. n. 18. Thom.
Michaël. Diss. de Jurisd. Concl. 14. id quod minori difficultati sub-
jacet, si ea demum gravis diminutio censenda, ubi quota Principa-
tus alienata, uti arbitratur Fr. Zoannettus de Imper. n. 160. Cravett.
Conf. 894. Tiraqv. Tr. de Primog. q. 35. n. 19. Menoch. d. a. j. q. cas. 559. n. 11.
Unde celeberrimus *Lipsiensium Jctus Thomingius Conf. 32. n. 72.* graviter
decidit, daß ein Fürst wohl befugt von seinen Land und Leuten was zu
verschencken/ wann die Alienation nicht einen sondern Nachtheil des
Landes nach sich ziehet: Habens in eo *Dd. communiter consentien-*
tes, nominatim Oldrad. Conf. 94. n. 22. post Innocent. § Hostiens. ad
d. cap. intellecto 33. §. de jurejur. Andr. de Ifern. ad 2. F. 55. de prob.
Feud. alien. § firmiter. 1. vers. Præterea Ducatus. verb. nec Dominus.

n. 45. Tiraquell. d. n. 19. Panormit. ad d. cap. intellecto. n. 7. ibiq. Annotator sub L. C. Vasqv. 1. Controv. c. 4. n. 5. Menoch. d. n. 11. Anton. Capyc. Decis. Nov. Neapol. 121. n. 1. Andr. Knich. de Saxon. nonprov. jur. verb. Ducum Saxonie. c. 7. n. 11. & Sprenger. Tr. de Modico. c. 5. §. 9. 35. seqq. qui omnes alienationem rei domanialis modicæ & exiguæ quantitatis, undeq; alienanti vel nullum vel exiguum damnum (quod tamen ex tempore contractus & factæ alienationis, ratione amplitudinis, status & dignitatis concedentis non ex post facto æstimandum est, uti post Socin. Peregrin. d. cap. ult. n. 74. rectè exputat) nasci potest, expressè concedunt.

XXVII. Non equidem nescimus, quod Luc. de Pennà ad l. quicumq; 7. C. de Omn. agr. des. n. 12. seq. Hugo Grot. d. c. 6. n. 11. Job. à Sand. d. c. 6. §. 3. n. 35. B. Brunn. Cons. 1. n. 97. 187. seq. & quidam alii ne minimam quidem rei domanialis alienationem concedant, quasi semel laxato jure & admisâ alienatione in parte facile totius Domani distractio consequi possit, prohibitaq; alienatione in totò prohibita quoq; sit in parte; attamen nec negari potest, quod ex alienatione partis non actutum etiam totius distractio sequitur, & quando domini exiguæ portionis alienatio communiter à Dd. admittitur, non hæc sit mens, quasi Princeps non quidem unâ vice totum domanium, particulatim tamen & successivè alienare posset, sed hæc est genuina communis opinionis sententia, quod Princeps neque totum neque præcipuam aliquam domanii partem, & quidem nec una nec pluribus & particulatim, solus ac prò arbitrio suo alienare debeat, quod si tamen is justis ex causis nihilominus exiguam aliquam Domanii particulam abalienaverit, alienationem illam in honorem alienantis à successore non tantum universali, cum ex quâ personâ quis lucrum cepit, ejus factum quoq; præstare debeat, per l. 149. de R. J. l. 7. C. de liber. caus. l. 14. C. de reb. cred. & quæ ad dictos textus commentatores: Dynus ad l. 15. qui c. 46. de R. J. in 6. nec non Klock. de Contrib. c. 8. n. 76. amplius discurrunt; sed etiam dignitatis solummodo, quia illa est immortalis, & quæ verba sunt Gregorii Magni in can. 15. c. 25. q. 1. justitiæ & rationis ordo svadet, ut, qui sua à successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui voluntatem & statuta custodire debeat, omnibus modis rati habendam esse, Ludov. Schrader cons 9. & 10. Octav. Cacheran. decis. Pedemont. 139. & cum multis aliis allegatis Tabor. de oblig. success. in off. c. 5. Reincking. de

D

R. 9.

R. S. & E. l. 1. Class. 3. c. 3. & Mylerus ab Ehrenbach in Nomol. Ord. Imp. c. 10. § 12. quemadmodum etiam regula illa: prohibita alienatione in toto, prohibita quoque est in parte non est simpliciter universalis, sed pro diversitate totius & diversis prohibitionis rationibus multas patitur limitationes, & per communem sensum maximum remanet discrimen inter alienationem totius & partis, longaque magis præjudicium in illa, quam in hac. Ipse certe Grotius d. l. Principem minimam aliquam partem Domani alienantem, benigna excusatione dignum judicat, monens in rebus modicis consensum populi ex scientia & silentio præsumi. Cui & aliam limitationem subnectit Henricus Klock. de Jure Vectig. th. 5. in Exegef. lit. 6. fin. Si scilicet restaurandi domini alia inventa sit ratio; cui illud addendum, non novum esse, ut interdum ea, quæ in summo jure obviam rationem non habent, utilitatis causam ferantur. l. 3. w. de O. Præt. Anton. Fab. Jurispr. Papin. t. de Just. pr. 1. concl. 1. Ut enim sterilitatem aut nimios imbres, & cetera naturæ mala sic defectus Imperantium tolerare debemus, cum, uti Tacitus ait, interventu meliorum pensentur. Præterea plenitudini potestatis in Principe hoc adscribunt alii, ut licet constitutione Antecessorum prohibentur rem modicam alienare, nihilominus Principi sit integrum à sanctione istius legis aliquatenus recedere: Guilielm. Redoan. d. reb. Eccles. non alien. q. 59. n. 25. Dissentit hic cum aliis, & bona domania ne quidem per temporis Immemorialis præscriptionem acquiri posse adstruit supra laudatus Job. Steph. Durantus, secretioris Regii Consistorii Consiliarius, & Amplissimi Senatus Tholosani quondam primus Præses quest. notatissim. 122. sed ejus roboris argumentis, quibus in conflictu quoad thesin facilius responderi poterit, quam vulpes pirum comest, cum propè est.

X XIX. Verum enimverò alia jam subnascitur disquisitio: Finge, civitatem quotannis Principi rem quandam Domani fungibilem præstandam esse obligatam, intercesserunt postea pacta, quæ Principes officiales loco illius rei fungibilis, in certam pecuniæ summam condictione tempore solvendam paciscuntur, quibus pactis ultra seculum statuitur, mutatam rerum scenam, effluxoque tanto temporis spatio successor Principis veterem reposcit rem fungibilem, non obstante, quod ipse Princeps per 20. pluresque annos illam pecuniæ summam loco rei fungibilis acceperit, quæritur, an civitas

Civitas justè renuat illam rem fungibilem, quam ante seculum con-
 siveverat exhibere, denuò Principi præstare? Et certè non puta-
 rem quicquam hîc obesse posse civitati, quo minus illa impostertum
 quoq; loco rei fungibilis pecuniam tantum solitam præstet, cum
 Jus jam habeat quæsitum, & sit in quietâ & antiquissimâ possessio-
 ne vel quasi, Princeps quoq; rem ratam habuerit, ipsiusq; ratifican-
 tis hîc versetur præjudicium, quò in casu regulariter etiam sola ta-
 citurnitas ratificationem inducit *l. 16. w. ad Sct. Maced. l. quoties
 familias. 2. pr. ad Municip. ;* quam in hunc finem etiam allegat *Con-
 stantius Roggerius tract. de protestat. versic. secundo videamus. n. 8. atq;
 Clemens 1. de Procurat. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 6. th. 1. lit. B.
 vers. nullum igitur est dubium. & Althus. Dialog. L. 3. c. 38. § 48.*
 ac insuper actûs geminatio demonstret deliberatam intentionem
 agentis. *Luc. de Penna in l. omnes. C. decur. cum & Principi nihil præ-
 sumatur placere, nisi quod justum sit, adeoq; à contractu semel ini-
 to illi resilire non sit integrum. Reinking. d. Regim. Secul. § Eccles.
 L. 1. Class. 3. c. 10. n. 32. Anton. Faber. Consult. de Ducat. Montisferat.
 P. 1. fol. 11. Richard. Dieter. de Summ. Imper. Potest. n. 64.* multo mi-
 nus civitas hîc in mala fide versetur, cum circa ea, quæ alterius vo-
 luntate & negligentia amittuntur m. f. non obtineat.

XXIX. Neq; hîc opponi potest, quod Principi per officiales
 non debeat præjudicari, & alteri per alterum iniqua conditio in-
 ferri, *l. 14. de R. I. c. 22. Eod. in 6. l. 15. C. de pact. cum initium obliga-
 tionis à contrahentibus debeat incipere. l. 11. d. O. § A. l. 3. C. ne
 uxor. pro mar.* Ea enim est Principum conditio, ut, quod eorum
 officiales concrediti muneris ratione obeunt, Principis auspiciis
 gestum videatur, omniaq; sua Principes faciant, quibus ex se suam
 auctoritatem impertiunt. *arg. §. 6. Const. de Concept. Dig. ad Tribon.*
 Et sicuti per officiales Camerae suæ Interesse augent atq; extollunt,
 ita æquitatis ratio svadet, ut per eos quoq; suam deteriore red-
 dere possint conditionem, per notissimam illam regulam *in l. 149.
 de R. I.* Imò sicuti dominus, qui institorem tabernæ præposuit, ex
 institoris contractu tenetur, *l. 5. §. fin. l. 11. §. 2. w. de Instit. act. l. 3.
 §. fin. w. de tribut. act.* ita dum Princeps ministri Principalis chara-
 cterem officialibus suis imprimit, voluisse videtur, ut quicquid cum
 eò agatur, tanquam cum ipso Principe actum habeatur. *l. 7. §. ult.
 de Jurisd. l. 6. §. 1. quod cujusv. univers. nomin.* Neq; scientiam Prin-
 cipis

ol. Ord.
 aliena-
 er uni-
 s ratio-
 n maxi-
 is, lon-
 tius d. l.
 enignâ
 sensum
 tionem
 fin. Si
 endum,
 am ra-
 at. An-
 litatem
 um tole-
 nsentur.
 alii, ut
 am alie-
 legis ali-
 n. q. 59.
 lem per
 ruit lu-
 ii Consi-
 es quest.
 tu quo-
 comest,
 quisitio:
 nii fun-
 a pacta,
 n pecu-
 quibus
 ; tantò
 ungibi-
 nnos il-
 itur, an
 civitas

cipis subterfugisse credendum, quod Officialibus erat cognitum: *Anton. de Butreo ad c. 1. de restit. spol. Balb. de Præscr. p. 437.* nihilq; à Principibus sine solennibus factum putandum, cum latera eorum semper Proceribus stipata sint. *l. 19. C. de testam. l. 5. C. de silent. Schneidew. ad §. 1. J. de donat. n. 30. Nicol. Mylerus ab Ehbrenbach. Hyparchol. c. 10. §. 14. n. 16. Gabriel. 5. Comm. conclus. t. de Præscript. C. 1. n. 64. Borcholt. n. 32. p. 162.* Neq; prætereundum quod devotus ille Jctus Brandenb. Dn. Brunnem. ad l. ult. C. de fund. rei priv. num. 11. monet, omninò præjudicari posse Principi per ministros, eorumq; negligentiam, cum ipsi Impp. *Theodos. & Valentin. in d. l. vetustatis* auxilio contra sua commoda venire privatis concesserint. Quod ipsum vocabulum vetustatis per spacium 40. annorum continuari definit *Cujacius L. 8. O. 25.* Jam verò si per quadragenarium tempus contra Principem præscribi possit, eò magis id licebit tantò tempore, cujus initii memoria non extat. Et ita etiam Jctos *Wittebergenses* aliquando pronunciaffe vidi: *Endlich in denen Rechten verordnet/ daß wann einer eine jährliche Præstation über Rechts ver- währte Zeit/ in geringen Werth/ oder auf andre Art/ als er anfänglich zu thun gehalten gewesen/ abgeföhret/ er so dann darben zu lassen/ und mit dem Verjährungs-Recht sich dißfalls zu behelffen / welche dann in gegenwärtigen Fall desto mehr statt findet / indem die streitigen 150. fl. nun in die 200. Jahr gleichförmig/und ohne alle Widerrede den N. N. oder dessen Rent-Cammer von Euch und euren Vorfahren abgeföhret worden; so erscheinet dannenhero so viel/daß Ihr bey jährlicher Ab- stattung obberührter 150. fl. an 131. Rthlr. 6. Gr. dißfalls billich zu lassen/und die Rent-Cammer weder den Wein in naturâ noch des angegebenen Rückstandes halber etwas von Euch zu fordern berechtigt/ sondern Ihr möget derselben exceptionem incompetentis actionis wohl entgegen setzen.*

XXX. Sed quid si bona noviter acquisita & domanio incor-
 porata, antè verò tempus Immemoriale alienata, & in feudum
 masculinum concessa reperiantur, censébunturne justa ex causa &
 certis cum solennitatibus alienata? Ita sanè omnino crediderim,
 si controversia suborta inter alienantem & infeudantem vel ejus
 successores, ac ipsum infeudatum aut ejusdem heredes, & hi sint
 in possessione vel quasi per tempus Immemoriale arg. *¶ sciendum 30.*
de V. O. l. ab Sparte §. 1. de probat. l. si filiusfam. 10. C. de petit. hered.
 & quæ

& quæ ad d.d. textus prolixè commentati sunt Dd. deducuntq; *Guido Pape decis. 151. § 159. Decius Cons. 409.* ac post multos relatos *Menoch. l. 3. Præs. 132.* imprimis cum secundum *Schrader. de feud. p. 4. c. 2. n. 31.* aliosq; ibidem allegatos etiam 40, & juxta *Menoch. d. l. n. 48.* planè tantum 10. Annorum cursus hic dicatur sufficere. vid. tamen etiam *Scip Gentil. Tr. de Solemnit. c. 13. § aliquot seqq.*

XXXI. Majestas, quam à Magnitudine dictam Festus auctor est, cujusve ea est natura, ut sit potestas summa ac perpetua in Rep. auctoritatem & Imperium obtinens: *Dn. Richard. Diet. de Sum. Sumi Imperat. potest. n. 3.* quin non minus, ac aliarum rerum dominium, acquiri possit vix est ut dubitemus. Defigamus modo oculorum aciem in regimen quoddam Poliarchicum, intueamur Principem purpurò nitentem, auctoritate & dignitate super cæteros eminentem, potestate verò fermè nudum, hic si paulatim jura usurpet Majestatis, in se ac successores transferat, quibus etiam longò reservantur tempore, certè hic tacitum populi consensum præsumi, atq; adeò opinionem juris gigni, rationis est, verba sunt *Dn. Bœcleri in Grot. l. 2. c. 4. n. 11.* qui, ut suæ assertioni lucem accenderet, horrendi exempli invasores Regni Anglicani, nefariè asserentes, Regibus Angliæ Majestatem non competiisse, refellit, ostendendo per Immemoriale tempus absolutam Angliæ Reges tenuisse potestatem, imo & contra *Andium sine Bono (ita Johannes Bodinus post Cujacium Dn. Joach. Cluten. Syll. Rer. quotid. n. 3. aliisq; dicitur)* disputat, vix esse ut tam longum tempus ad præscribendam Majestatem requiramus, cum Reip. navis facilè in scopulos illidere queat, si, in sciò, quò regeretur Palinurò, antennas ventis relinqueret, cui circa hanc opinionem iratam ostendit faciem sæpius nobis laudatus *Dn. Dieter. d. Diff. n. 201. conf. Dn Bœcl in Tac. l. 1. Annal. c. 8.*

XXXII. Jam ad partes Majestatis, ad Regalia quæ Tacito, Sacra Regni appellantur; Hæc tempore Immemoriali acquiri, non dubitant Dd. Constituuntur ea hodie (veteribus enim hæc distinctio ignota erat) vel *Majora vel Minora*; Illa *Sixtino de Regal. l. 1. c. 2. n. 2. Borcholt. de Regal. n. 3. Arnif. l. 2. c. 1. n. 8.* dicuntur ea, in quibus suprema potestas & dignitas Majestatis consistit: Minora Regalia ad fiscale potius Jus & proventus, quam ad ipsam supremam auctoritatem & dignitatem collimare censet *Peregrinus de J. F. l. 1. t. 1. n. 9.* Posse autem hæc Majora Regalia, tempore, cu-

ius initii non extat memoria, præscribi adeò à Dd. esse receptum affirmat *Sixtin. l. 1. c. 5. n. 144.* ut etiam, Camerali decisione approbata sit hæc sententia, & indistinctè Reservata in signum Superioritatis, & Subjectionis aut specialis prærogativæ hoc tempore Immemoriali præscribi, docet *Balb. de Præscr. 2. part. 5. pr. q. 3. n. 3.* cum quò facit *Gebhardus c. 3. n. 12. § 36. § c. 5. n. 11. seqq. d. t. Alexand. Conf. 35. col. 1. vers. § etiam vol. 2. Cravetta, de antiquit. tempor. p. 4. vers. materia n. 22. n. 33. n. 34. Myns. Cent. 5. Obs. 29. n. 11. 12.* Sicuti enim luce meridianâ clarius est, Imperatorem posse Regalia aliis concedere, in tantum ut *Ripa Resp. 80. n. 1.* dicat, eum, qui hoc negaverit, crimen incurrere læsæ Majestatis, ita scientia & patientia in Incorporalibus, qualia Regalia sunt, pro verâ traditione, & à sciente & patiente facta habetur. *l. 5. de usufr.* quam sane scientiam & patientiam cursus illius temporis, cujus initii memoria non extat, inducit, utpote vim privilegii, & specialis concessionis Imperatoriæ habens *Gail. l. 1. O. 29. n. 25. Mynsing. Cent. 1. O. 30.* Quare & *Balbus 2. p. 3. pr. q. 1. n. 28.* tempus Immemoriale ejusdem efficaciæ esse asserit, qualis Imperator cum causa, cui adstipulatur *Sixtin. l. 1. c. 5. n. 157. 168.*

XXXIII. Insurgit verò hic in contrarium *Arniseus. Tr. de Jur. Maj. l. 2. c. 2. n. 2.* simpliciter negans, Majora illa Regalia à subditis posse acquiri, cum quò facit *Henr. à Rosenthal de Feud. c. 5. Concl. 56. in gloss. L. A. in fin.* explicat autem *d. l. Arniseus* id assertum ex analogia Juris: *Sicuti enim, inquit, in donatione requiritur, ut is in quem liberalitas exercetur habilis sit, ad recipiendum: ita multo magis in præscriptione requiritur ut qui præscribere vult, rem præscribendam possidere possit; Jam verò incapacem esse subditum qui possit Regalia possidere, quia hoc concessio inter subditum & Imperatorem nulla esset differentia, cum pari in parem nulla competat juris facultas.* Verum quam non vacillat hæc collectio! Quin ipsimet sibi contradixisse videtur *Arniseus*, dum *d. l. n. 3.* concludit, nihil ex prænumeratis Regalibus ferè relinqui, cujus non aliqualem partem, subditis communicari videamus: Et sanè Immediatos Nobiles Imperii *die freye Reichs Ritterschafft* Imperii subditos esse qui negare vellet, hellebrögô opus haberet; horum autem non paucos Majora possidere Regalia itidem in meridianâ luce est positum. Non attingamus hic mixti & meri Imperii usum, non Jus Judæos in ditionibus suis habendi
remit-

remittentes lectorem ad *Dn. Christ. Besold. Tr. de Ordin. Equest. in Imper. Rom. §. 11. §. 12. Dn. Job. Nold. de Stat. Nobil. c. 16. §. 151.* Illud magis est notandum, reperiri nobiles, immediatè Imperio R. non subiectos, queis Majora competere Regalia cum *Wesenbecio, Pruckmanno, Vultejo & Deciano docet Sixtin. l. 1. c. 4. §. 99. conf. Berlich. p. 2. concl. 8. n. 14. seqq. Bocer. de Regal. c. 4. n. 56. Carpzov. p. 2. const. 3. def. 24. §. l. 1. t. 4. resp. 38. Richter. p. 1. decis. 16. n. 3. Vultej. de Feud. c. 9. n. 3. Balb. de Præscript. p. 2. part. 3. pr. q. 3. n. 13.*

XXXIV. Quod ut eò dilucidius pateat, aliqua recenset Regalia, quæ Immemoriali tempore posse præscribi non est ambiguum: Jurisdictio enim & merum Imperium quod hæc Immemoriali tempore acquirantur, testis est *Pontifex in c. cum contingat defor. Compet. §. inc. irrefragab. §. excessus de off. Jud. Ordin. Excell. Dn. Habn. ad Wes. t. de tempor. præscr. n. ult. Dn. Gebb. p. 332.* Non possumus autem, quin hic futilem illum atrò carbone notemus errorem, quem errant, credentes, merum Imperium præscriptione amitti, si tempore Immemoriali v. g. nullus delinquens de patibulo suspendatur, aut rotæ imponatur; Expediti siquidem juris est, etiam si per centum pluresve annos nullum hujus Jurisdictionis exemplum edi potuerit, cum in infantes hisce pœnis sævire esset absurdum, & contra omnem rationem, nihil tamen imputari posse magistratui, ex quò illi jus suum quæsitum inverteretur: *Mascard. de Probat. concl. 946. n. 10. §. concl. 1033. n. 16. Andr. Gail. l. 2. obs. 60. num. 607.*

XXXV. Porrò de Jure Collectandi videbimus. Quamvis enim de eò disceptetur, an Status Imperii absq; singulari Imperatoris licentia subditis suis collectas imponere possit, prout hanc quæstionem format: *Bocer. Class. 5. Disp. 11. num. 11.* Illam tamen litem nostram non facimus, quin id potius dispiciemus; an hoc jus collectandi tempore Immemoriali acquiri possit, ita ut civitas, quæ in longissimâ fuit possessione juris collectandi, id ipsum etiam contra Peregrinos in suò territorio exercere possit? Quod affirmandum per *l. 18. §. 25. de mun. §. honor. hujusq; consuetudinis in Italiâ non vim esse exiguam docet Gail. l. 2. O. 52. num. 17. cum quò facit Myns. Cent. 5. obs. 22. n. 7.* Imò laudatus *Gail. l. 2. O. 53.* ulterius id examinat, & subditos, quos ratione domicilii, etiam de bonis, extra territorium sitis, collectari licitum putant, huic oneri eximit, si per

si per tempus Immemoriale collectas in loco territorii dominis suis præstiterint : Posset hic dubium oriri , quod res & persona in territorio sita ejus quoq; præsumatur jurisdictionis esse , cujus est territorium , uti *Dd. ad l. 1 §. 4. de O. P. U.* annotant. Verum occurrunt hic non paucæ exceptiones, ubi quis exemptus fit à Jurisdictione, quamvis ibi habeat bona sita, indeq; vulgare illud enatum censeo. *Multi sunt in Synodo, qui non sunt ex Synodo conf. Dn. Mev. p. 3. decis. 309. p. 5. decis. 27.* Licet autem *Balbus 2. part. pr. 6. q. 6. & Aymon. Cravett. p. 4. n. 127.* decem annos hic ad præscriptionem sufficere autument, in contrarium tamen abiere *Klock. de Contrib. c. 16. sect. 2. n. 15. Berlich. p. 2. concl. 4. n. 14. Gail. de Pignor. p. 206. n. 13. Gebb. c. 3. n. 11. Dn. Eckolt. ad t. de usucap. n. 25. pluresq; alii.*

XXXVI. Inprimis autem circa Collectas disquiritur : An tempus Immemoriale id operetur, ut contra Collectas Imperiales Turcicas se quis hæc præscriptione tueri possit ? Imperiales Collectas Turcicas ordinariis muneribus esse annumerandas, quippe, quæ lege indicantur Imperii, omnesq; quantumvis privilegio alias munitas, secundum Comitiorum decreta onerent, *probat R. J. de Anno 1644. §. und nemlich sollen / it. §. es sollen auch Churfl. it. de An. 1542. §. und nemlich soll de An. 1546. §. und demnach diese / de An. 1582. §. und demnach sollen die Unterthanen / de An. 1598. §. Demnach dann : itaq; cum solvantur in signum superioritatis, non tolli, & præscribi videntur; Verum nihil obstat quo minus statuamus posse & has collectas tempore Immemoriali præscribi, per expressum quem habemus *text. in R. J. de An. 1548. §. 59. hätte aber / de An. 1544. prout id confirmant Klock. de Contrib. c. 6. sect. 2. num. 100. Brunn ad l. 6. C. de præscr. 30. vel 40. Ann. Schneidew. ad §. ex non scripto l. d. l. N. G. & C. Job. Petr. Surdus conf. 234. n. 15. & conf. 525. n. 6. Casp. Anton. Thesaur. l. 1. quest. for. 8. n. 6. Petr. Frider. 2. de Mand. c. 46. n. 14. post Glossam Abbatis Cravett, Menoch. pluresq; alios Frider. Alb. Maul. Thes. Theoret. Pract. Tr. de Collect. t. 7. n. 3. Cas. Ursillin. ad Matth. de Afflic. decad. 277. n. 4. Dn. Raser apud Gylmann. Symphor. t. 4. p. 1. vot. 30. n. 127. & immortale Nobilitatis Misnicæ ornamentum B. Dn. Conradus ab Einsiedel de Regal. O. 3. n. 299. sexcentiq; alii; & hoc minus involvit dubium, si Status contra Statum sic præscribat, ut unus eorum solus alterius onera ferat, & sic ab illo nexu, quò Imperio obstrictus erat illum eximat prout graviter censet Jctor Saxon. Princeps *Modest. Pistor. V. l. conf. 4. §. 24. seq.***

XXXVII.

XXXVII. Exiguum & in eò est dubium, quod circa Jus Venandi hic disputant, prout docet *b. m. Carpz. p. 2. c. 3. d. 25. Dn. Referens apud Gylman. Vot. Camer. t. 2. p. 1. vot. 1. n. 18. 19.* Et quamvis sint, qui hoc Jus Venandi nequaquam ad Regalia referant, sed servitutibus realibus adscribant, quod cum *Zasio*, communi Germaniæ Præceptore facit etiam *Gail. l. 2. O. 66. n. 1. & Dn. Referens apud Gylmann. Vot. Camer. t. 2. part. 1. vot. 1. n. 40. & Petr. Anton. de Petra in Tr. de Jur. quæs. per Princip. non toll. c. 6. n. 68. Hartmannus Hartmanni l. 2. t. 46. Ipseq; Sixtinus l. 2. O. 18. n. 31.* constanter neget inter Regalia hoc Jus Venandi connumerari debere, in eò tamen non infimæ auctoritatis Antagonistas offendunt, qui unò ore venationem ad Regalia referunt, ut *Menoch. conf. 302. n. 31. Myns. decad. 11. resp. 1. num. 96. Magnif. Dn. Pruckm. de Regal. §. venatio. c. 1.* quin imò hoc ipsum ex generali consuetudine quæ legem imitatur *§. 9. l. d. J. N. G. & C. Perez. ad t. C. de LL. n. 10.* se ita habere fatetur, qui pro contraria parte ante militaverat *Sixtin. loc. all. §. 46.* miraturq; *Gail. d. l.* simpliciter Jus Venandi Servitutibus realibus adscribere cum tamen, uti *Dn. Henr. Hahn. ad Wes. t. de a. r. d. n. 7.* differit omnis servitus sit in realienâ, jus verò venandi in proprio nonnunquam competat fundo. Cæterum ipse *Dn. Hahn.* putat hoc jus venandi sibi vindicare hodie Principes quoad loca publica vi Superioritatis territorialis: In locis verò privatorum jure ex tempore Immemoriali quæsito, quod scilicet ob prohibitiones sequutas non contradixerint privati, & sic facultatem in Principes transtulerint; quod ipsum an juris analogiæ, publicoq; rerum statui conveniens sit, & an subditi jus prohibendi habeant, meritò aliorum accuratiori disquisitioni relinquimus. Tutius tamen nobis videtur incedere. *Vir inexhaustæ eruditionis Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 5. conf. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 94. B. Dn. Strauch. Diss. Justin. Ex. 6. th. 30. Finckelthub. obs. 41. n. 14. Georg. Mor. de Nigro Monte de Jure Venand. p. 1. c. 7. n. ult. & p. 2. c. 1. multisq; seq. Francisc. Zoannett de duplici Venat. Noë Meur. v. seines Jagt-und Forst-Rechts p. 2. t. wie Fürstl. Gerechtigkeit u. Bocer. de Regal. O. 1. n. 30. seq. aliosque auctores similium tractatum.*

XXXVIII. Cum in præcedenti thesi mentionem injecerimus Superioritatis Territorialis, hæc autem ipsa Superioritas territorialis, conquerente *Sixtino*, sæpius cum Regalibus confundatur, non inepte nos facturos confidimus, si & hic de eâ, & quomodo

E

Imme-

Immemoriali tempore acquiri possit dispiciamus : Hæc Superioritas territorialis, quæ *B. Dn. Strauch. Diss. de Stat. à Summo Princ.* territorialis excelsitas dicitur, Gallis *là Souverainite*, sublime & regium Jus territorii, *Andr. Knich. de Sublimit. territor. cap. 1.* describitur Jctò Juris Publici Notitiâ non leviter imbutò *Dn. Christoph. Mingio' Diss. de Superiorit. Territor. c. 1. §. 7.* quod sit Jus & potestas summi post Imperatorem Imperii & dominatus sublimi, regiaq; Jurisdictionis lege sub nomine & qualitate, *der Lands hohen Obriqkeit* concessa & legitime quæsitâ, regulariter in omnes territorio inclusos ordinariò & propriò Marte competens, exinde Majestas quædam analogâ, quæ *αὐτοκρατορίας* jure in omnia quæ Majestati alias competunt expeditur, dicitur *Bachov. ad Treutl. v. 1. disp. 3. lit. E. tb. 6. §. Magnif. Dn. Ziegl. ad Grot. l. 1. c. 3. §. jus docuit summi Imper.* Itaq; certum est, sublimem hanc potestatem multis parasangis differre à Regalibus, prout patet ex *R. I. de Anno 1576. §. dadurch dann / & posse quem amplissima possidere Regalia, cui tamen superioritas territorialis non competit.* Proinde cum majus sit Superioritas Territorialis, quàm Regalia, non immeritò *Arniseus* dubitare videtur, an hæc Superioritas Territorialis præscribi possit, cum omne privilegium, quò Libertas alicui conceditur salvâ superioritate, vel salvo jure Imperii, concessum videatur, cum quò facit *Paulus Laymannus Theol. Moral l. 3. tr. 1. c. 8. n. 9. Bocer. de Regal. O. 2. n. 243.* Verùm contrarium, & quod & hic tempus Immemoriale possit operari, ut Territorialis Superioritas acquiratur, probat *R. 7. Augustanus de An. 1548. §. wann auch. ibi: daß es je in Menschen Gedächtniß / §. wo aber in Menschen Gedencfen / §. tenent Dn. Mingius de Super. Territ. c. 2. §. 26. Balb. p. 2. part. princip. §. 2. n. 5. Klock. de Contribut. c. 5. n. 9. Brunnem. ad l. 2. C. Ne rei domin. Knichen. de Sublimit. territor. c. 3. n. 114.* cum Immemorialis præscriptio nunquam censeatur prohibita & sublata *Tiraq. de Retr. Convent. §. 1. gloss. 2. n. 25.* & quos largâ serie recenset *Bocer. Class. 5. disp. 10 n. 71.*

XXXIX. Posse autem & alia jura, per tempus, quod hominum memoriam excedit, acquiri, testis est communis Dd. schola. Et quidem ubi de servitutum præscriptione agunt, rem distinctione expediunt, dum illas servitutes, quæ continuam habeat causam, remouent ab illis, quarum causâ est discontinua, iterumq; subdistingunt causam continuam ab illa, quæ quasi continuam habet; hinc servitus, quæ causam continuam habet, est illa, quæ semper
in

in usu actualiter & potentialiter: quasi continuam causam habere illam servitutem volunt, quæ perpetuò potentialiter, non actualiter, est in usu: Illam autem servitutem, cui discontinuam causam attribuunt, describunt, quod sit ea, quæ non semper est in usu actualiter nec potentialiter, sed necessariò requirit interpositionem, *Barthol. Capolla de S. P. II. c. 19.* utriusq; ad rei declarationem proferamus exempla: Et quidem in Servitutibus Realibus illud, quod de discontinuâ causâ monuimus, obtinere, est in propatulo. Cùm autem in illis frequenter factum hominis desideretur, & illud non possit semper esse continuum *l. 14. pr. de Servit.* sequitur, quod nec illæ servitutes sint continuæ. Sic servitutem pascendi pecoris discontinuam causam habere vidimus, acquiri autem posse hanc servitutem tempore Immemoriali, diserte probat *l. foramen in imò de S. P. II. Gail. l. 2. O. 66. n. 7. Cöppen. decis. 57. n. 80. Balb. 2. p. 3. pr. q. 1.* eamq; rem præjudicio firmat *Mynsing. Cent. 4. O. 63.* Jure verò Saxonico diversum nos docet *Modestin. Pistor. conf. 7. q. 1. num. 1.* Auf die erste Frage / welcher Gestalt / und durch wie viel Jahre servitus pascendi præscribiret werde / sonderlich nach Sächsischen Rechten / so ist zu antworten / daß servitus pascendi nach gemeinen Kaiserlichen Rechten / nicht præscribiret werde / es sey dann / daß sich einer derselben über Menschen Gedencen auf eines andern Grund und Boden gebrauchet / aber nach Sächsischen Rechten wird solche Dienstbarkeit durch 30. Jahr / Jahr und Tag verjähret / wann sich einer denselben auf eines andern Grund und Boden so lange gerechtlich und ohne Verhinderung bedienet. *Hieron. Pantschman. l. 1. q. 22. n. 26. Dissent. Fachin. l. 8. c. 22. Wesenb. Paratitt. de Servitut. n. 5.* Movet equidem dubium hic eximius LL. Doctor *Cynus de Pistorio ad l. 2. C. de Servit. Saqu. n. 9.* quod actio negatoria competat pro tali jure, discontinuum usum habente, quæ cum 30. annos duret, non immemoriale tempus, sed plus ultra requireret, quam tamen quæstionem eleganter distinguendo inter actorem & Reum decidit ibidem *Dn. Cynus, quò B. L. remittimus.*

XL. Annectere lubet hic quæstionem, quam movet *Capolla de S. P. R. c. 9. §. 35.* Si universitas præscripserit tempore Immemoriali Jus pascendi, & unus de universitate fundum suum modò, ad transferendum dominium habili, cum omnibus Juribus & pertinentiis in alium transtulerit, an jus pascendi amisisse videatur? Et certè citatò locò *Capolla* in negativam concedit sententiam, cùm

in qualibet alienatione semper intelligatur exceptum illud, quod ad commune spectat publicum, suoq; assertum auctoritate quoq; firmat *Bartoli.*

XXI. Jus Boscandi, quod discontinuam causam habere affirmant *Balb. 2. p. 14. q. 5. Pantfchman. v. 1. q. 22. n. 231. Wesenbec. p. 2. conf. 69.* itidem tempore Immemoriali praescribi posse, consuetaneum est, cum omne jus, quod discontinuum causam habet, indistincte spatiō hocce Immemorialis temporis acquiri, communis dd. opinio sit. Hinc quid de caeteris servitutibus, discontinuam causam habentibus, dicendum sit, facili negotio se offeret.

XLII. Aliter se res habet in servitutibus, quae causam continuam habent. Licet enim & illis homines accedant, neq; sine factō eorum expediri possint, tamen si semel possessae, cum solo animō retineri possint, noluerunt Jcti, ut tam longum tempus ad eorum acquisitionem impendatur, sed solum hic sufficit, si longissimum tempus (licet abusivē sic dicatum) 30. vel 40. Annor. praeterlapsum fuerit *l. fin. C. de praescript. long. tempor. l. 2. C. de Servit. l. 8. l. 3. C. de praescript. 30. vel 40. Annor. Dn. Struv. Exerc. 12. th. 13.*

XLIII. Vidimus haecenus res, quae tempore Immemoriali praescribi possunt, restat ut nos convertamus ad ea, quae sunt impraescriptibilia. Scilicet, monente *Grotiō, de J. B. & P. l. 2. c. 4. princ.* tempus ex suapte naturā vim nullam habet effectricem, nihil enim à tempore, quamvis omnia in tempore videamus fieri, neque ipsum tempus inducit praescriptionem, illamq; rem praescriptibilem reddit, quae nullō modō pro eā haberi potest, sed praesumptionem tantum tituli inducit, *Balb. 4. pr. 5. q. 6. §. 9.* Unde rectē *Nicolaus à Valla Tr. de Reb. Dub. §. 6. v. 50.* infert, non posse per tempus Immemoriale aeternae Naturae Legi & immutabili ejus dispositioni praesjudicari: cui se conformem reddit *Gabriel. 5. Commun. t. de praescript. concl. 1. n. 36.* nec consuetudinem, quae rationi & dictamini rectae rationis adversatur, per Immemoriale tempus induci posse asserens. Certē qui honestatis praecipua contrario usu abolere vellet, eo gravius incideret peccatum, quanto diutius pateretur *infelicem animam detineri illis alligatam, uti loquitur Pontifex in c. cum tanto. 11. §. c. 4. §. de Consuetud.* quin imō contra bonos mores venire, & LL. praesidium iniquitati quaerere, quid aliud esset, quam naturae vim inferre? *arg. l. 15. d. Cond. & Demonstr. Schurff. conf. 23. cent. 2. Wesenb. ad t. de usucap. n. 10.*

XLIV.

XLIV. Itaq; & Jura Libertatis, quibus, uti *Grotius* loquitur, ille actus, qui exercetur, non est directè contrarius, sed ei inest, ut pars suo integro, non subjacent temporis Immemorialis præscriptioni, verùm sicuti dependent à merò arbitrio alicujus, ita & eorum ommissio alteri nullum jus tribuere & omittenti præjudicare potest; quare infert *Balbus 4. p. 5. q. 1. per tot.* quod si per centum annorum myriades arena mea tuo palatio juncta esset, nec ego ibidem extruxerim ædificium, intactum nihilominus mihi remanere jus imposteriorum illic ponere quascunq; libet ædes, spretâ tuâ prohibitione; *Job. Köppen. decis. 2. §. 2.* non secus ut in viâ publicâ exspatiari mihi licitum est, licet vel per Immemoriale tempus hoc jure non essem usus *l. qui jure fam. de acquir. poss.* Ita si capitulum ex gremio capituli Abbatem, vel Episcopum; Patronus Ecclesiæ ex Diaconis Pastorem, Senatus Civitatis consulem ex civibus indigenis tantum per illud tempus, cujus non extat memoria, elegerint, nihilominus libera adhuc illis competet facultas eligere alium, si obtigerit occasio, qui illi collegio, ad quod hæctenus directa erat electio, non adscriptus est. Neque enim potest dici restricta electio & alteri acquisita possessio, ubi omne fundamentum præscriptionis deest, siquidem absonum est, illum animum acquirendi habere, qui scit vel scire potest, jure familiaritatis, & non ex debito, hoc beneficium ipsi conferri *l. generaliter ꝯ. de acquir. poss.* cui accedit, quod ex parte alterâ non adsit patientia, sine quâ possessio jurium non potest præscribi *l. 3. ꝯ. de usufr. Rebuff. de materiâ possess. in Præf. n. 169.* Scire autem potest quis, quod non ex Jure quæsitò, sed ex gratiâ in collegium adoptetur, quia naturæ, & liberæ electionis definitioni ex diametrò repugnat, habere liberam facultatem eligendi, impediri tamen prò liberò arbitrio aliquem eligere. Licet autem nonnunquam fontica causa concurrere possit, quæ suadeat, ut huic potius, quàm illi, officium demandetur, adeò ut vel per seculum non recedant electores à certò Collegiò, attamen minime censendum illo fine id factum, ut sibi electores præjudicare, & facultatem, quæ naturaliter electionibus inest, civilitate suâ perdere, & temerariè jactare voluerint, urbanitas siquidem meo juri nec publico, nec privato jure, nec in petitoriò, nec possessoriò præjudicat; *Carol. Molinæus ad Consuetud. Paris. t. 1. §. 1. gloss. 4. n. 14.* Sic qui jura hospitalitatis exercere consuevit, cujusq; fores amici per-

petuò pulsarunt, quiq; omnium desiderio pro lubitu diu respondit, hanc suam voluntatem mutare, neminiq; præstò adesse nunquam prohiberi poterit, licet vel per mille annos, si contingere posset, huic suo indulserit genio, per ea, quæ habet *Cynus in l. 2. C. quæ sit long. consuetud. & ex eò Balb. p. 4. pr. 5. q. 1.* qui hoc ipsum confirmat exemplo Episcopi, qui sæpe alicujus nobilis hospitium accesserat, ideò autem non poterat dici esse in possessione illius juris. *Marscard. concl. 1221. v. 3. n. 13. ex l. si mulier. w. quib. mod. ususfr. l. & habet. §. hospites. w. de precar.* Imò sicuti, qui jus electionis habent liberum, quamvis per tempus Immemoriale in aliquò certo conveniant locò, attamen nihil impedirentur, quo minus possint convenire ubicunq; libuerit, cum actus exercent voluntarios, nec ulli possessio in contrarium acquiratur *Klock. T. 2. c. 18. n. 83. 84.* Ubi autem non sunt actus possessorii, ibi nec possessio, nec acquisitio juris prohibendi liberam facultatem: Etenim initium juris negativi in actibus meræ facultatis oritur ex facti prohibitione, cui prohibitioni alter se submitit. *Dn. Ziegler. ad Grot. l. 2. c. 4. §. 15. Hahn. ad Wesenb. t. de usurpat. §. usuc. n. 10.* ubi itaq; nulla prohibitio, ibi nulla possessio esse potest. Quare non negamus, si capitulum per 40. Annos à tempore, quò adesset casus electionis celebrandæ, jure suo non uteretur, neque contradiceret ei, qui falcem in sua jura immitteret, quin sibi præjudicet, & facultati eligendi renunciasse videatur. Ex quibus præmissis facile & illud sequitur, quod Superior personæ ita legitimè electæ nequeat denegare confirmationem *c. postquam. 3. c. dudum. 22. c. 44. x. de Elect. & Elect. potest.* cum ante electionem confirmatam electus suo officio præesse non possit *c. 9. x. de Elect. & Elect. potest.* Sicuti enim requiritur, ut eligatur persona, quæ honestatis regulas non excedit, ita ille, cui jus confirmandi competit, non potest ejusmodi personæ denegare confirmationem, in quâ nulla repudiandi causa residet, ne sine effectu competeret Jus eligentibus. Neque dignitati Superioris quicquam obest, quod teneatur illam personam confirmare, cum speciem præ se ferre videatur, ac si inferior quasdam partes personæ confirmantis sustineret: Eò ipsò enim dum inferior jus eligendi à Superiore acquisivit, non habet Superior, de quò conqueri possit, dum ejus auctoritate beneficium indulgeatur inferiori; Sapiunt siquidem tales transactiones naturam contractuum Juris Naturæ, ad

ad quorum observantiam etiam Princeps obligatur. Quod si enim confirmantis absoluto arbitrio relictum foret, personam idoneam sine adparente causa remove, illumq; denominare, quæ denominantis arridet voluntati, nonne è medio tolleretur distinctio inter confirmationem, quæ electam personam ab inferiore præsupponit, & electionem, quæ nominat & offert personam à superiore confirmandam? Sed quid certius esse potest, quàm distincta hæc duo esse? Quin imò licet Superior observantiam prætenderet Immemorialem, cujus vigore incumberet inferiori ante electionis actum de personâ, quam eligere vellet, cum Superiore aliquatenus convenire, putarem tamen, non exinde colligi posse, quasi inferior animum Jus exercendi liberam Electionem exuisset, sed potius meræ facultatis terminos custodivisse, cum suprâ jam ostensum, nihil vel parum inducere posse solum lapsum temporis diuturni, cum ad obligationem inducendam, tum ad eam è medio tollendam. *Petr. Anton. de Petra de Jure quæsito per princip. non toll. c. 6. num. 3. Alber. Gentil. de J. B. l. 1. c. 22.* Illud equidem negare nequimus, posse per pactum vel consuetudinem legitimum totum jus eligendi exspirare, & in alium transferri, cum nihil sit naturæ convenientius, quàm eò modo quid dissolvi, quò colligatum est *l. 35. de R. J.* quod si autem semel jus eligendi alicui collatum est, tam diu in possessione quietâ illius juris is defendendus erit, donec contrarium solidè probetur. Quin nec salus publica & Interesse Superioris quid in hoc intertrimenti patitur, utpote inferiore obligatò suæ conscientiz in idoneâ eligendâ personâ ut consulat, *canon. dilectiss. ult. causa 8. q. 2.* adeò ut improbet Pontifex illam consuetudinem, quâ cautum sit, ut eligentes teneantur illam eligere personam, quæ ab alio est nominata. *c. cum terra. §. de Elect. & Elect. potest. conf. Alex. de Imola cons. 106. n. 20. l. 2.* Atque ita etiam *JCtos Erfurtenses* in causa quadam arduâ respondisse & censuisse vidi, daß die hohe Obrigkeit / intuitu salutis publicæ, wann je eine solche vermeintliche Observanz wäre eingerissen / derselben / nach möglichsten Fleiß / wiederum abzuheffen / dann zu continuiren / hochwichtige Motiven vor sich hätten / &c. Imò talem observantiam, quum superior confirmationem ideò denegat, quod ante Electionis actum cum ipso deliberatio instituta non fuerit, laudati *JCti* in allegatò responsò non verentur ab usum Juris Superioritatis vocare his verbis: sondern

Der wann es gleich etlicher Massen eingerissen / vielmehr pro abusu zu halten / weil es nicht allein das Vitium, quod metus causa, involviret / sondern auch naturæ & substantiæ electionis schnurstracks zuwider ist.

XLV. Pari modo juri redimendi nullo unquam tempore præscribitur, cum rebus meræ facultatis id rectè adscribimus, utpote quæ ante contradictionem ne tempore quidem Immemoriali posse præscribi sat explicuimus: Cui assertioni opponi posse videtur, quod ubicunq; omnia sint requisita ad præscribendum habilia, & eadem ratio præscriptionis, ibi locum quoq; præscriptio haberi debeat; Atqui hic esse omnia requisita ad præscribendum habilia &c. E. Minorem probare volunt ex eò, quia causa præscriptionis, ne Dominia sint in incertò: Atqui hic esse Dominium in incertò. E. Verùm rectè hunc modum solvit aliquando, *Magnif. Dn. D. HAMMERUS*, nunquam sine nominis *ἰσχυροσύνη* laudandus mihi Gamaliel. Discursu ad *Dn. Struv. Synt. J. C.* negando scilicet, Dominium hic in incerto esse, cum Dominium penes emptorem omninò sit, neq; , uti falsò alii volunt, commoditas tantum percipiendi fructus rei venditæ, quos refutat *Zasius L. 1. Conf. 12. n. 34.* Etenim pacta resolutiva, quale hoc est; Dominium in Emptorem transferre, est in propatulo, & cum in infinitum secundum conventionis legem venditori concessa est repetendi facultas, improbâ temporis allegatione, uti *Gebhard. de usucap. c. 1. §. 48.* loquitur, non constringenda est ad certum tempus, & *Balb. P. 2. 5. pr. q. 4.*, quanquam in Angeli sententiam, quam & *Andr. Tiraquell. de Retract. Convent. n. 1. Gloss. 2. multisq; rationibus Job. Köppen. Decis. 1. n. 15. seq. ac Wesenb. ad tit. de peric. § comm. rei vend.* sequitur, concedere, & triginta tantum annos ad præscribendum huic pacto largiri videatur, sub fine tamen illus quæstionis non incongruè ipse Balbus monet, secedere se in nostram opinionem, si contractus posset argui fœneratitius ex pacto retrovendendo, juncta modicitate, uti loqui amat, pretii; nunquam enim eò casu juri & facultati redimendi præscribi posse, plenissimè confitetur. Et hoc ipsumq; etiam confirmat *callentissimus Judicii Camer. Imper. Assessor, Jochim. Mynsinger. à Frundeck/* (ita laudatus *B. Rittersbusio ad Nov. P. 9. c. 1. n. 5.*) *Cent. 1. O. 16.* præjudicio in causa Baronis de Herolbeck contra Marchiones de Baaden d. 29. Mart. 1542. & in causa *Andrea Wilßbeck* contra Episcop.

Episcop. Argentin. & Gail. L. 2. O. 18. Neq; inelegans est, quod monet B. Dn. Hahn. ad d. l. Wesenb. num. 3., dum opponenti, quod actionibus & Juribus 30. Ann. præscribatur, eleganter reponit, esse hoc ex Jure Civili seu positivo, ideòq; consuetudine rectius contrarium introductum; vid. heic in primis Crus. de Jure offerendi cap. 16. § aliquot seqq.

XLVI. Differre autem ab hoc pacto de Retrovendendo pactum, quod luendi pignoris vocant, si ex nullò aliò, sanè ex hoc pateret, quod fructus rei pignoratæ non cedant lucro creditoris, in venditione verò, cui pactum de Retrovendendo adjectum, omnes fructus percipiendo suos faciat emptor, de qua differentia, ut & cæteris, eò spectantibus, ne crambem tædiosè recoquamus, prolixius heic agere prætermittimus, consulendi Myns. Cent. 6. O. 70. Dn. Köppen. decis. 1. n. 24. aliq; , attamen quoad nostram materiam præscriptionis Immemorialis non possumus inficiari, utriq; juri nullo unquam tempore præscribi. Et de priori jam est res expedita, de hocce Jure reluendi verò unanimiter fermè consentiunt Dd., cum huic præscriptioni causa Efficiens, Materialis & Finalis deficient, neq; jura permittant, ut facultati meræ præscribatur, & creditor, qui pro alienò, non pro suo possidet, dominium lucretur. Materialem autem causam deesse, patet exinde, quia jus tantum præscriptioni subjacet, hïc autem mera facultas versatur, cui non posse præscribi sæpius monitum; neque causa formalis subsistit, cum adsit mala fides. Neque præscriptio ad suum finem tendere potest, cum ideò præscriptio operetur, ut jus formatum in judiciò, quod obstat, tollere possit, facultas autem luendi pignus, cum non sit jus, neque dici potest, quod præscribi possit; cum Non-Entis nullæ sint affectiones. Quod ut eo clariùs pateat, considerandum est, duplex esse Jus offerendi, unum, quod competit per modum Juris, ut puta secundus creditor habet jus offerendi primo l. 2. 3. w. de distract. pign. quoddam est Jus offerendi, quod competit per modum cujusdam facultatis, v. g. debitor potest, quandoq; vult, debitum offerre creditori §. fin. J. quib. mod. obl. contrab. l. si in rem §. omnes de pigner. act. & pignus luere, quæ facultas non potest præscribi, quin competit pro actione nondum natâ, sed facit, ut actio nascatur, quod cum Balb. p. 4. pr. 5. q. 6. urget Brunnem. cons. 125. n. 5. Hahn. ad Wesenb. ad t. R. V. in fin.

F

Myns.

Mynf. c. 1. O. 16. Köpp. decis. 1. n. 37. 39. 40. Gebhard. c. 1. n. 47. Quod & Sereniss. Elector Saxoniae in suis ditionibus recepit, expressaq; sanctione, quæ in p. 2. Const. Elect. 2. continetur, munivit.

XLVII. Possunt ea, quæ hactenus differuimus, de rebus meræ facultatis, ad Jura familiaritatis, Societatis, & Reciproci Precarii non incongruè accommodari. Sicuti enim illa nunquam, nec Tempore Immemoriali præscribuntur, ita pari modo illis nihil acquiritur, qui per immensum licet hoc spatium Juribus utuntur nominatis. *Carpzov. p. 2: c. 4. d. 14. n. 6.* Sic enim in Mutuo Compascuo, *Koppeltwende* / licet per tempus, cujus initii memoria non extat, vicini invicem in sua prædia pecora agitent, attamen ubi alterutri illud displicuerit, & locorum conditio uni gregi vix satisfacere videatur, liberè quilibet resilire potest, tum quod ordinata caritas incipiat à se ipsa *l. Præses C. de Servitut.* tum, quod hoc naturæ Precarii conveniat, quantumcunq; libuerit à precarii nexu se solvere *l. 3. C. de Præscr. 30. vel 40. Ann.* Cum enim nemo sibi titulum possessionis fingere possit, oppidò apparet, quod licet quis per mille annos jure familiaritatis usus sit, hoc tamen non possit efficere, ut servitutum acquirat: *Cepoll de S. P. II. c. 70. n. 13.* quia si per præscriptionem induceretur perpetua communio, ita ut quis non possit provocare ad divisionem, præscriptio Temporis Immemorialis operaretur contrarium effectum, cum præscriptionis effectus sit, ut lites tollantur, ubi autem perpetua communio inducitur, lites potius feruntur & foventur, cum communio sit mater litium. Accedit, quòd sola communio non pariat adversarium, nisi quis se faciat adversarium contradicendo divisioni, eiq; contradictioni alter acquiescat: quia in præscribendis Juribus non currit præscriptio, nisi à tempore Contradictionis. *Balb. p. 4. pr. 4. quest. 13.*

XLVIII. Quænam autem formalia hujus Immemorialis Præscriptionis sint requisita, non inter se conveniunt *Dd. Civilium LL. Sectatoribus de b. f. parum curiosis, Balb. part. 2. 3. pr. q. 6. n. 9.* à quibus verò Canonistæ quam longissimè recedunt, qui & ab initio & in progressu, & ad ultimos usq; limites b. f. exigunt. Scilicet urgent non sine causa *Apostoli* illud dictum *ad Rom. 14. v. 23.* quicquid non est ex fide, peccatum est, de quò vid. & *Paul. Laymann. n. 10. B. Dn. Rittersbus. Diff. J. C. & Can. part. 4. c. 13. n. 2. m.* Malà itaq;

itaq; fide qui detinet alicujus possessiones, non potest non incur-
 re culpandum crimen illiq; se alligare peccato, quod inquieta con-
 scientiæ tormenta parit, facilemq; ad Tartarum struit viam. Jam
 receptæ est auctoritatis, quoties de peccato cavendo deq; consci-
 entia casu disceptatur, Canones LL. Civilibus esse præferendos,
 uti tenent Dd. communiter ad c. possessor. de R. J. in 6. & præterea
Modestin. Pistor. v. 1. cons. 49. n. 11. Roland. à Valle v. 3. cons. 99. n. 2.
Wesenb. ad w. t. de pact. n. 9. Oldendorp. in Præf. act. forens. th. 10. Gail.
2. O. 18. Myns. cent. 4. O. 6. quamvis Petr. de Ferrariis in Præf. Pa-
piens. in form. Respons. Rei Cervent. verb. præscript. n. 28. edit. Lugdun.
pag. 99. uti eum citat Dn. Sutholt. in Corollar. diss. 6. adjecto, illam ra-
tionem multum fatuam appellat; quia in Contractibus si interveniat dece-
ptio in re vel in pretio, etiam versatur animæ periculum, neq; tamen id-
eò in iis semper sit sequendum Jus Canonicum: Servetur ergo, inquit,
Jus Canonicum inter Clericos, qui portant conscientiam in Ca-
putio, quò abjectò, eorum conscientia abjicitur. Verùm non licet
hic refragari communi opinioni receptæ; Itaq; cum Pontifex in c.
ult. de Præscript. c. possessor. de R. J. in 6. nullam indulgeat præscri-
ptionem, quæ cum m. f. est conjuncta, adeoq; ne quidem Imme-
morialem, utpote indistinctè disponens, omne enim qui dicit, ni-
hil excludit, B. Dn. Strauch. Lex. Part. Jur. voc. totum: in hocce
etiam juris articulo ejus vestigia legenda erunt, & recessus à Juris
Civilis interpretibus faciendus, cum insuper nec in Camera Impe-
riali aliter judicatum non unâ vice fuisse referat Mynsing. c. 4. O. 6.
adeò, ut ne quidem per statutum induci posse consuetudinem, quâ
m. f. præscriptionibus indulgeatur, communiter dd. velint, quos
longâ serie recenset Tiraquell. Tr. de Præscript. §. 1. gl. 2. à bonne foy.
quicquid tandem regerat Baldus in c. ult. pr. §. de Consuetud. cum e-
jusmodi statuta, uti Gail. l. 1. O. 18. n. 7. differit, propter conscien-
tiam alienæ rei nutriant peccata, & non tam fomentum, quàm pa-
trocinium præstant delinquentibus, contra expressos juris textus;
quod eò usq; extendit celeberrimus Saxonix Papinianus Georg.
Frantz. l. 3. res. 1. n. 270. ut procedat hoc assertum, licet per multa
annorum millia quis possederit, cujus sententiæ etiam sunt, Fichar-
dis v. 2. cons. 148. n. 18. Capolla de S. P. U. c. 24. n. 7. Fachin. l. 8. Con-
trovers. c. 26. Obrecht. Diss. de præscript. th. 94. seqq. Gilken. de præ-
script. part. 2. membr. 2. c. 1. n. 6. Canis. ad cap. vigilant. §. de præscript.
 & Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 22. th. 6. lit. c. pluresq; alii.

XLIX. Pro contrariâ tamen opinione, quod nimirum in Tempore Immemoriali nulla tam rigorosè exigatur b. f. non exiguæ auctoritatis pugnant Dd. dum in ea sunt opinione, quasi post 30. Annorum cursum petens semper repelli possit *can. placuit. 2. caus. 16. q. 3. Nicol. Reusner. lib. 2. cons. 12. n. 24.* Et *Salycetus* quidem in *l. 2. C. de de Servit. § aqu.* non esse curandam b. vel m. f. censet, ubi quis tanto tempore possederit, cujus initii vestigium non adparet, quem in hoc sequi videtur *JCtus Brandenburg. Job. Köppen. Senior, Decis. 57. n. 48.* concludens, in præscriptione illius temporis, cujus initii memoria non extat, non necesse esse, probare b. f. cum illa ex tanto tempore sufficienter probetur, & hoc ipsum notandum etiam esse subjicit *Balb. p. 2. 3. pr. q. 6. n. 18.* Quin imò indistinctè *JCtus Salanus Dn. Struv. Ex. 43. tb. 23.* Præscriptionem Immemoriam deficit, quod sit, in qua nulla b. f. nullus titulus, nulla rei qualitas attendatur, sed tantum rem vel jus esse neglectum præscriptione, cujus initii memoria non extat, à quò adfertò se non alienos ostendunt. *Mascard. concl. 224. n. 25. concl. 225. n. 1. vol. 1. concl. 1220. n. 45. vol. 3. Klock. vol. 1. cons. 87. n. 343. Hieron. Schurff. cent. 1. cons. 69. n. 8. cons. 72 n. 32.* Specialem in super casum, in quò præscriptiò cum m. f. currat, nobis communicat *Dn. Brunnem. ad l. 2. C. de edil. Ed. n. 3.*

L. Nos tutissimè illos procedere putamus, qui media incedunt viâ: quam fortè nec modò allegati *JCti* omnes respuent. Scilicet certum est, hanc esse indolem Justitiæ, ut pronior sit ad absolvendum, quam ad condemnandum, sicq; se benigna jura ostendere, ut non facilè quempiam præsumant in delicto versari *l. 17. C. d. R. V. l. 30. C. de Evid. l. 15. de condit. instit.* hinc elegantiora planè sunt, quæ ex *Baldo ad l. 1. C. si quis omiss. causa test.* recenset *Tiraquell. Tr. de Præscript. §. 1. à bonne foy. gloss. 2.* naturali scilicet præsumptione quemlibet præsumi bonum ex bonis naturalibus principiis, quia qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata; natura autem cum sit bona, ideoq; & bonum quemlibet præsumi. Atq; eò inclinare videtur etiam *Ziegler. ad Grot. de J. B. § P. L. 2. c. 4. §. 7.* dum longè difficile putet esse onus, probare velle m. f. in eo, qui per Immemoriale tempus possedit, & pro se tam elegantem præsumtionem militantem habet. Cum enim præsumta b. f. oriatur ex præsumptione juris alieni *c. si virgo. 33. q. 2.* & in facto alieno præsumtio ignorantie inducatut, allegata hæc ignorantia censetur, quo-

quoties quis se in præscriptione fundat, utpote, cum hæc sine b. f. non processisse videatur. Quare & B. Dn. Brunnemann. ad l. un. C. de usucap. transform. n. 12. 13. proponit cautelam non contemnendam, ne quippe is, qui in immemorialis temporis præscriptione se fundat; titulum primordiale alleget, & sic suam præsumtionem, quam pro se habet, in discrimen vocet, aliter ac Dn. Mynsing. C. 1. O. 30. qui statuit, quod probatâ præscriptione Immemoriali non admittatur probatio in contrarium. Ast verò cedit præsumptio veritati, & veritas præsumptioni prævalet l. 57. de J. dot. l. 25. de probat. l. 30. C. de J. d. monente Tiraquell. cit. loc. unde non sufficit b. f. allegare, ubi liquidò de m. f. constat, l. 7. de in Integ. restit. l. 30. de Vulg. Substit. l. 1. C. qui & adv. quos c. 26. de Spons. Cujus rei exemplum nobis suppeditat Wesenb. Conf. 2. n. 29. Cum enim superius monitum sit, Juris offerendi ne quidem immemoriali tempore præscribi posse, si contigerit, ut quis debeat probare, alteram pignus m. f. possedisse, quamvis possessor fundatam pro se habeat præsumtionem, certè hoc nihil proderit, si producat actor instrumentum, in quò concessio pignoris contenta, & sic demonstretur, non jure Domini & proprio nomine, sed alienò planè hæctenus rem fuisse possessam. add. Dn. Köppen. decis. alleg. num. 23. Ideoq; concludimus, in immemoriali quidem præscriptione purgari, & præsumi adesse fidem bonam, attamen, ubi probatio in contrarium accedit, exspirare illam præsumtionem. Joseph. Mascard., Jctus Sarzinensis, Vol. 1. Concl. 125. n. 21. Cravett. de Antiquit. tempor. t. 4. §. Materia. num. 21. Zanger. de Except. P. 3. c. 15. n. 105. ubi Juris Saxonici observantiam allegat.

LI. Illud certum aliàs est, in præscriptione Actionum Personarum b. f. non requiri, cum non possint possideri, nec proinde questionem b. vel m. f. inducere l. 6. de a. r. d. temporalesq; sint suã naturã, & hinc potius ad liberandum, quàm ad obligandum inductæ Myns. Cent. 4. O. 6. additq; elegantes rationes Dn. Gebhard. cit. loc. c. 3. n. 17. quòd scilicet actio ipso jure extincta ob scientiam debitoris reviviscere non possit, l. 3. l. 4. C. de Præscript. 30. l. 40. An. & ubi solo non-usu jura extinguuntur, nulla b. f. ratio habeatur, §. ult. J. de usufr. nisi occulta debitoris, quam Molinaeus m. f. debitoris positivam appellat, intervenerit Zanger. de Except. P. 3. c. 16. n. 106. 107. Daniel. Moller. L. 3. Semestr. c. 18. circa fin.

LII. Titulum quod attinet, in hac Immemorialis temporis præscriptione nullum requirimus, cum hoc spatium loco tituli legitimi sit, *l. 3. w. de aqu. cottid. c. super quibusdam §. præterea. de V.S.* & quidem circa jura incorporalia res est expedita, cum secundum Juris Civilis analogiam, nec longissimum quidem tempus titulum desideret, quam sententiam firmant, quæ eleganter proposita sunt à *Dn. Job. Strauch. ad Jus Justin. diff. 7. th. 20.* Domini scilicet patientiam, qui tanto tempore possidere permittit, esse loco tituli. *Balb. P. 2. 4. pr. q. 2.* Etenim si ab initio statim titulum ad transferendum Dominium habilem possiderem nullam præscriptione opus esset, sed cum ille titulus cessat, & nihilominus Dominus non contradicit, elicitur exinde ejus consensus qui vice tituli est, & tandem decursu illius temporis Immemorialis confirmatur, neq; enim debilius jus illi accedit, qui tacite rem acquisivit, quam ei, qui expressis pactis sibi stipulatus fuerit. Quod & indistinctim verum est, ita ut nullam differentium agnoscamus, an contra verum Dominium, an b. f. possessorem præscribere velim, cum, uti *B. Dn. Frantz. Exerc. 5. q. 4. n. 8.* differit, *Jctus in l. 10. si servit. vindicetur* generaliter loquatur, neq; suam decisionem ad casum, ubi adversus Dominum præscriptio cœpta est, restringat, imò simpliciter affirmet, necesse non esse, ut præscribens doceat de Jure, quò servitus constituta, sed sufficiat, si per tot annos usus sit non vi, non clam, non precario, ideoq; neq; nostrum hic erit distinguere. Non tamen inficiamus, vix obesse titulum, si adsit, ubi adversus b. f. possessorem agitur. *Job. Zanger. de Except. p. 3. c. 10. n. 93. Sutholt. diff. 5. th. 53.* Si quis enim se non tantum fundat in lapsu temporis, sed etiam in titulo, licet colorato conjunctus hic titulus cum lapsu immunitatem præstat, ut infert *Modestin. Pistor. V. 1. Conf. 4 n. 36.* Hinc quamvis acerrimè contra *Vasquium* disputet *Andr. Fachin. Jctus Foro-Liviensis l. 8. Controv. c. 33.* quod titulus injustus præscriptione temporis immemorialis non purgetur, illud tamen ambabus, quod ajunt, largitur manibus si ejusmodi tempus immemoriale adsit, licet titulus deficiat, quod tunc ex decursu illius temporis titulus præsumatur, & sunt similia, quæ profert. *Mascard. cit. loc. n. 24.* Opponi equidem hic posset, quod solus cursus temporis non sufficiat, absq; titulo verò vel putativò, quia titulus sit facti & solennitas extrinseca, quæ in facto consistit, neq; ideo præsumatur, *Balb. 2. part. 3. pr.*

q. 10. Verum hoc ipsum Tempus Immemoriale facto æquiparatur vimq; habet contractus, ut docet *Baldus in l. 1. C. de Servit.* ut proinde hic ratiocinari liceat, quod, ubi Contractus adfit, ibi nihil referat, si à communi Jure recedatur, cum pactorum hæc sit conditio, ut per ea secessum à communi jure faciamus *l. 109. ff. Leg. 1. Nicol. Reusner. celeberrimus Saxoniæ Jctus L. 1. conf. 19. num. 120.* Quin potiùs eò collimant Dd. opiniones, ut sibi persvadeant, huic præscriptioni nihil obesse, si desit titulus, ut nihilominus b. f. præsumtio inducatur, *Natta conf. 38. n. 18. & quos in addit. ad d. Conclus. Mascardi allegatos reperi;* quia nimirum tantò tempore possessum, præsumatur ab antecessoribus justè acquisitum, cum tam immanis temporis præscriptio præsumatur justum titulum permanentem habere, adeò, ut si aliæ deficient probationes, solo tempore Immemoriali titulus probetur *Rol. à Valle conf. 91. Balb. 2. part. 3. pr. q. 6. n. 12. Salicet. in l. vectigalia col. ult. vers. putar. in pr. C. Ne nov. vectigal.* Ratio quia, si constaret de origine & titulo, non diceretur præscriptio immemorialis. *Molina de Jur. Primogen. l. 2. c. 6. n. 6. Nigler. in add. ad Mascard. concl. 1375. n. 17.* quæ cum ipsa sit titulus, alium titulum non desiderat, sed hâc ipsâ allegatione sufficienter officio suo satisfacisse arguatur *Paul de Castro l. 2. C. de Servit. n. 12. Cravett. de antiquit. Tempor. p. 4. §. absolutis n. 28. Franc. Hottomann. conf. 7. n. 31.* Et certè luce meridianâ clariora sunt verba quibus hoc nostrum assertum corroborat Pontifex *c. 1. de Præscript. in 6.* ut proinde *Dn. Zanger. Tr. Exquisitissimo de Except. p. 3. c. 10. n. 91.* indistinctim hanc Temporis Immemorialis Præscriptionem admittat, sive agatur de inducenda obligatione ratione futuri temporis, sive de inducenda liberatione *l. 3. 4. C. de præscript. 30. vel 40. Annorum.*

LIII. Vix autem est, ut statuamus, requiri hîc ad solennia Temporis Immemorialis scientiam & patientiam ejus, contra quem præscribitur, cum in tanto temporis cursu omnia præsumantur solenniter acta, isque insuper vim habeat privilegii *Myns. C. 1. O. 30.* quare nihil nos moratur contraria *Bartoli in l. si publicanus. §. fin. n. 1. de publ. sententia & quos cum eo facere recenset Köppen. dec. 57. num. 5.* quorum fundamentum in eò ponitur, quod in corporalibus quasi possessio nunquam sine scientia & patientia adversarii procedat; accuratè siquidem jam his respondit *Fachin. Lib. 13. Controv. cap. 72.* procedere nimirum eorum argumentum, si de eò præscripto-

scriptore sermo sit, quæ minori absoluitur spatio, quam Immemoriali, quibus & hanc rationem addit *Mascard. Vol. 3. Concl. 1221. n. 43.* quod ejusmodi tempus inducat præsumptionem scientiæ in parte adversam. Limitant equidem Antagonistæ, quod hoc procedat, modò officiales rei notitiam habuerint, quia officialium scientia ex temporis diuturnitate præsumatur, & impossibile sit, probare velle, officiales per tam augustissimum tempus nullam habuisse scientiam, rem esse præscriptam, ideoq; rectè exinde refert *Balb. P. 4. pr. 4. q. 7. junct. q. 8.* quod ille, qui vigore conventionis mihi obstrictus, annuatim certam pendere pecuniæ summam in monetâ, ut vocant, grossa, si per immemoriam annorum decursum inviliori monetâ debitum mihi præstiterit, quod non teneatur primæ obligationi stare, cum scivisse præsumitur sui debiti conditionem, vel licet ignoraverit, nihil tamen exinde obveniet illi emolumentum, quoniam, uti infra dicemus, etiam contra ignorantem currant hæc præscriptiones. *Natta Cons. 98. Decius Cons. 496. Riccius in addit. ad Mascard. de Probat. Concl. 1221. n. 38. Schurff. C. 1. cons. 20. Besold. P. 2. cons. 5. Tabor. in Relat. Argentin. 26. n. 8. Hartm. Pistor. O. 144.*

LIV. Ex quò decidi potest & illa quæstio, an requiratur scientia Imperatoris, quando contra Imperium quis per tempus Immemoriale præscripserit? Et quamvis *Bartolus in l. 1. de aqu. plu. arc.* Imperatoris scientiam nec hic omitti debere contendat, ubi vel mille anni essent præterlapsi, attamen rem sub distinctione expediat, ita, ut proscriptionem Principi obesse, putet *vel 10. Annor.* sicuti præsens adsit, & patiatur, contra absentem verò & ignorantem concludit, immemoriam præscriptionem currere demum, reddiq; rationem, quia ista præscriptio habeat fomentum à Lege, & sic non stet propriè in terminis præscriptionis *c. super quibusdam. §. præterea de V. S. Tob. Pauermeister. à Rochstedt de Jurisd. L. 1. c. 24. Balb. p. 2. p. 5. pr. q. 3. n. 8. Klock. de Contribut. c. 3. n. 25. 27. Bocer. de Regal. c. 4. n. 193.* Et sunt sanè elegantiora, quæ huc habet *Mascard. de Probat. V. 3. Concl. 1221. n. 47. in causa Capituli & Canonic. Cathedralis Eccles. Lunen. Sarzinensis*, qui etiam adversus Summum Pontificem immemoriali tempore præscripserat, quamvis de scientia & patientia Pontificis nihil plane constabat, ut sic Regalia, quæ quis contra Imperatorem præscripsit, tutò possidere queat. Unde
inepti-

ineptire illos graviter censet *Scipio Gentilis*, cujus cineres sanctè custodit & veneratur nostra Palæcome *Diss. Jur. Publ. de Princip. R. §. 66.* qui ea, quorum possessio in alios translata, licitè revocari, & abscissa à R. Imperio perpetua religione repeti posse velint, cum nihil sit magis rerum naturæ congruum, quàm eò modò quid amitti, quò quæsitum est. *Ludov. Vives in Augustin. L. 5. de Civit. Dei c. 25. Balb. P. 2. pr. 3. q. 6. n. 21. Riccius Collect. 778.*

LV. Illud autem requirimus, ut possessio, per tempus hocce determinatum sit continuata, ita ut & medio interjacente tempore, non interversa fuerit, aut in alium translata *l. 2. C. de præscript. long. temp.* quod duobus potissimum modis fieri tradunt, vel interruptione naturali vel civili. Et cum jam docuimus, quænam sint requisita temporis Immemorialis, facilè dijudicatu erit, in quantum possit naturalis interruptio intervenire, nimirum ubi ista nominata requisita cessant. Itaq; si quis in fundo versatur alterius eò animò, ut contra ipsum servitutem præscribere velit, non modò mihi integrum erit expulsionem moram injicere adversarii conatibus *l. 5. de usucap. Zanger. de Except. p. 3. c. 10. n. 129.* Sed & J. S. specialiter indultum reperimus, ut ejusmodi præscribentis audaciam sistere liceat per armentorum illius inclusionem. *Matth. Berlich. p. 2. concl. 9. n. 4. Zanger. p. 3. Const. 10. n. 150.* Judiciq; factam inclusionum traditionem, in quò requisitò asserendo strenuus est *Dn. Köppen. dec. 41. n. 31. Judiciorum observantiam & quotidianam praxin allegans. vid. Feltmann. tractat. singulari de inclusione animal. cap. 2. multisq; seqq. & B. Dn. D. Thom. de noxia animal. cap. 23. seqq.* Et certè quid est magis extra omne dubium positum, quam sicuti patientiâ adversarii præscriptio inducitur, ita si de adversâ ejus voluntate constat, præscriptionem infirmari? *Fr. Balb. p. 3. pr. 6. q. 4. n. 40.*

LVI. Civilis interruptionis species est Citatio: Etenim tunc civiliter interruptio intercedere videtur, quando nihil deficit, quod ad substantialia & naturalia præscriptionis Immemorialis pertinet, sed extrinsecè quid accedit, quod facit, ut sistatur præscriptionis cursus. *Balb. p. 3. p. 6. q. 4. n. 2. Cardin. Lugo. tom. 1. Diss. 7. sect. 8. n. 150.* Quare in eò se torquent Dd. an in Immemorialis Temporis Præscriptione sola citatio interruptionem operetur? quod rectè meò quidem judiciò affirmat *Matth. Berlich. p. 2. concl. 9. n. 47.* neque insuper L. C. requirit, cujus rei elegantem rationem necit

G

Berlich.

Berlich. cit. loc. quod illa præscriptio fundamentum ponat in negligentia non petentis, itaq; ubi verus dominus supervenit & facto vel nuncio inchoatam adversarii possessionem intervertit, non potest dici, quod in negligentia versetur. Illud magis controvertitur, an nihil referat, quocunq; tandem tempore illa interposita sit citatio ut nihilominus præscriptio viribus suis exuatur? Et placuit non sine ratione communi Dd Scholæ, quod citationis vis & effectus intra 6. lustra coërceatur, quibus præterfluxis cursus ille non amplius sistatur? Habemus hujus juris indubitata vestigia in analogia juris. Notum scilicet, quod non nisi tempore Immemoriali Prælati in suæ Diocesis Ecclesiis Juri Episcopali possit præscribere, per ea, quæ habet *Rochus de Curte Tr. de Jur. Patronatus n. 90.* & quos allegat *Berlich. cit. loc.* jam verò iterum expediti juris est, quod Prælato inferiori, qui jus Episcopale præscribere cœpit, citatio non possit præjudicare, quæ demum post 40. annos effluxos interposita est, bene autem ea, quæ ante hos 40. annos emanavit *c. 15. de Præscript. Modestin. Pistor. p. 1. q. 50. n. 1. & q. 148. Balb. p. 3. pr. 6. q. 4. n. ult.*

LVII. Maximè Præscriptioni contrariari Restitutionem in Integrum luculenter probat Jctus in *l. 35. de S. P. R. & in l. 86. de acquir. hered.* hinc nota & mota est illa controversia: an ex capite Ignorantiæ contra Immemorialis Temporis Præscriptionem concedatur Restitutio in Integrum? Certè in hujus quæstionis frontispicio nobis occurrit omnemq; scrupulum evellere conatur *Jason.* non sibi persuadens, aliquem in hoc mundo reperiri doctorem, qui contra hanc præscriptionem restitutionem indulgere velit ex capite Ignorantiæ per *text. in l. ult. C. de SS. Eccles.* Hinc oppidò patet, quid sentiendum de opinione *Wesenbecii*, qui ad *tit. de usucap. n. 14. sub fin.* putat, currere illud quadriennium in *l. ult. C. de tempor. in integ. restit.* non post completam usucapionem, sed à tempore scientiæ. Nos potius cum *Jct. Dn. Berlich. p. 2. c. 10.* nullam omnino restitutionem in integrum ex capite ignorantiae currere arbitramur per *l. ult. C. de Præscript. long. tempor. Nicol. Reusner. l. 1. conf. 19. n. 119. Paulus Christin. v. 1. decis. 294. Besold. Conf. 55. n. 20. Knichen. de Privil. Duc. Sax. c. 1. n. 41. Tiraquell. de Retract. Lign. §. 38. gl. 4. n. 44. Treutl. V. 1. Disp. II. n. 13.*

LVIII. Pu-

LVIII. Putat equidem *Sfortias Oddus Tr. de Restit. in Integr. p. 2. q. 90. art. 5. 6. 7.* quod Restitutio in Integrum contra temporis Immemorialis Præscriptionem detur ex clausula generali Prætoris, *si qua mihi justa causa visa fuerit.* Verum ut hic præteream, quid Dd. ad Edictum Prætoris monere soleant: scilicet restringenda esse illa Edicti verba ad casum solummodo justæ absentia, quò & facit *l. 1. §. 9. w. de Itin. actuq. priv.* certè eò concessio, facile totus præscriptionis finis pessundaretur, cum semper in incerto essent dominia, & ob prætenfam justam ignorantiam litium progerminarentur, fructus odiosissimi. Quod perpendens Serenissimus Elector Saxoniae *p. 2. const. 9.* hanc nostram sententiam suâ corroboravit auctoritate; neque enim hic urgeri potest, quod ignorans impediatur actione experiri, aut agere non valenti, non currat præscriptio, cum sine turpitudinis opprobrio tanta negligentia allegari nequeat, quâ per tam immensum tempus quis præterierit in sua jura inquirere *vid. § Gail. l. 2. c. 19. circ. fin. § Felin in c. vigilant. n. 1. § seqq. de Præscript.*

LIX. Elegans hic nobis occurrit quæstio, quam egregiè disputat *Fr. Hottomannus Libr. Singul. quæst. Illustr. q. 5. de Excidio Thebar.* quos cum sub jugum rede-gisset Magnus ille Macedo Alexander, centum thalenta, mutua à Thebanis Thessalis data, ultrò donavit Thessalis in præmium navatæ operæ, hi cum à Cassandro essent restituti, Thessalos conveniebant ad refundendum illud creditum; hæc restitutio an locum sibi vindicare possit, acriter tunc apud Amphicteones fuit disputatum. Et certè *Hugo Grotius Magni Alexandri partes* (Magnos enim à Magnis defendi æquum est) defendendas in se suscipit in *l. 3. c. 9. n. pen. d. J. B. § P.* omninoq; liberatos Thessalos obligatione 100. Thalentorum, quam summam, cum ipsi Thebanis deberent, Alex. M. Thebarum dominus factus, jure victoriæ ipsis donaverat, constanter asserit, rationem necit, quoniam is, qui in personas dominium accepit, multò magis quoque eorum bona sibi vindicare possit, habeatq; in suo arbitrio qualem illis conditionem imponere velit, utpote queis, tanquam victis, competit conditionem accipere, non victoribus dare. Et sicuti non denegabatur Alexandro quovis contributionis, modo talem summam à civibus subactis exigere & stipendii loco Thessalis dare, ita quod brevi quasi manu Thessalis assignaverat, ab iis ratum

haberi neque restitutione in integrum subverti posse æquum videtur. Et quanquam urgeat *Dn. Ziegler. ad d. l. Grot.* quod tantum fuerit acquisitum, quantum captum, ideoq; captivus res, quæ alibi, quam in subjugatâ urbi habeat, retineat, & per eas personas possideat, non incongruè tamen circa finem *d. §.* addit captæ personæ à victore imperari posse, ut res suas alibi existentes adferri procuraret, & sic victori concedat. Alexandrum verò, dum dominus erat, Jus alienare potuisse licitè, neque creditum esse in eorum numero, quæ postliminio redeunt manifestum est, & causa in promptu quoque. Quamvis enim postliminiò reversus omnia jura recuperet, & fingatur, quasi nunquam sub servitute fuisset *l. 16. w. de postlim. revers.* non potest tamen ea recipere, quæ facti causam continent, in quorum numero est possessio, cum non possit videri ea possedisse, quæ revera ab alio possidentur *l. 23. §. 1. de acquir. poss.* *Anton. Perez. eleg. Comm. in C. t. de postlim. revers. n. 6.*

LX. Sed redeamus tandem in circulum, è quò hætenus evagati, nostramq; ampliamus regulam, quàm in *th. LVII.* posuimus; ut neq; Ecclesias, quarum propensissimus est favor, contra Immemoriam Præscriptionem restitui posse arbitremur *l. ult. C. de fund. patrim.* Si enim post præscriptionem 40. Annor. nemo ullam molestiam actionis & inquietudinis formidare debet, neq; restitutio hic locum habebit *c. 2. de Præscript. in 6to. Fachin. L. 1. cons. 10. & cons. 71. L. 1. Controv. c. 70. Perez. ad tit. C. de fund. patrim. num ult. Brunnem. ad l. ult. d. t. quare & illud vacillat, quod minor restitua- tur contra præscriptionem talem, quod putat Oddus *Tr. de Restit. in Integr. art. 5. q. 46. n. 18.* dissentiente *Carpz. P. 2. C. 9. def. 9.* cum neq; Principem ex plenitudine potestatis contra hanc Immemoriam præscriptionem restituere posset probet *Joann. Aloys. Riccius Decis. Neapol. Coll. 778.* & omnia jura etiam contra R. Ecclesiam ipsam immemoriali præscriptione tollantur, *in d. Auth.**

LXI. Effectus tandem, quos operatur hoc Immemoriale tempus, brevissimis recensebimus. Quò referrî potest, quod per hanc clausulam *non obstante quacunq; præscriptione* immemorialis censeatur exclusa, *Dn. Strauch. Lex. Partic. sub voce: Non obstante, Augustin. Barbosa Jurisprud. Axiomat. L. 14. c. 64. axiom. 20.* quod *Aloys. Riccius Coll. 778.* eò extendit, ut procedat etiamsi lex omnem tolleret præscriptionem, & nunquam censeatur exclusa præterquam in expressis

pressis à Jure Casibus. Itaq; si Statutum velit nullam currere præscriptionem in instrumentis dotalibus, non obstantibus his verbis, currit præscriptio Immemorialis. Et porrò si Statutum dicat, quod instrumenta possint executioni dari, nullâ temporis præscriptione obstante, non poterunt tamen executioni subjici post tempus Immemoriale. *Mascard. Concl. 1378. n. 47.* Imò licet principis præjudicium in eò versetur, nihil tamen obstabit, quò minus præscriptio Immemorialis locum habeat. Itaq; quamvis Colonus contra Imperatorem nullo usquam tempore præscribere possit *l. 1. C. Ne rei domin. vind. rectè tamen Dd., & imprimis cordatorum Coryphæus Dn. Brunnemann. ad d. l. monent,* hâc clausula non obstante, posse colonos se in libertatem asserere, si per illud temporis spatium, cujus initii memoria non extat contra Principem præscriperint. *Klock. de Contrib. C. 16. Sect. 2. n. 111. Anton. Faber. L. 7. t. 13. def. 5. Carpzov. P. 1. t. 4. Resp. 38. n. 12. Cravetta de Antiquit. tempor. P. 4. vers. materia. n. 43.*

LXII. Quibus effectibus annumeramus quod Præscriptio Immemorialis vim habeat Constituti *l. 3. §. 4. d. aqu. cottid. Riccius d. l. Schurff. Cent. 3. Consf. 39. n. 4. Gebhard. c. 4. n. 2. Barbof. all. axiom. pariatq; exceptionem ad repellendos eos, à quibus turbamur, quod in causa Illustrissimæ Reip. Venetæ optimè annotavit Jul. Pacius disp. de Imper. Mar. p. 19. ut sic litis ingressus impediatur, dummodo liquida sit præscriptio ex solo lapsu temporis, vel ejusdem naturæ, ut ad liquidem deduci possit, Balb. p. 1. pr. q. 9. quin imò penitus eximit à vinculo obligationis *l. 4. C. de præscript. 30. l. 40. Annor. l. ult. t. pro Soc. Gebhard. c. 4. n. 17.**

LXIII. Porrò notamus, Ordinationem Provinciam per hoc tempus Immemoriale abrogari posse *Carpzov. L. 1. t. 4. Resp. 38. Reusner. L. 2. Consf. 12. illudq; tantum operatur, ut annua quoq; pensio possit acquiri per hoc præscriptionis genus Antonii Faber. in C. L. 7. t. 13. def. 19. id quod indistinctim tam de præteritis, quam de futuris annuis præstationibus exaudiendum Carpzov. P. 2. C. 2. d. 1. Gail. 2. O. 74. Zanger. de Except. P. 3. c. 10. n. 181. Quod ampliat & extendit Riccius, ut etiam procedat, quando eam pensionem præscribere volumus, quæ ad pias causas est legata: Inq; eo differt à decimis, his enim licet per mille annos percipiat laicus, semper tamen inhabilis creditur, qui per hoc tempus præscribere possit uti.*

notarunt *Balb. p. 1. pr. 6. q. 1. n. 2. Arnif. de Jurib. Maj. l. 2. c. 2. p. 181. Meichsner. Decif. Camer. p. 2. def. 6. n. 75. Modest. Pistor. v. 2. cons. 14. num. 13. Rennemann. Jurispr. R. m. 2. disp. 87. th. 27. Zachar. Victor. de Caus. Exempt. concl. 17.*

LXIV. Sed properandum ad finem, ideoq; tandem videbimus, quomodo hoc Immemoriale Tempus probetur. Quò in demonstrandò nobis præivit *Jctus l. pen. de prob.* quod in antiquis propter difficultatem probationis sufficiant probationes leviores, quod tamen cum grano satis est accipiendum, neq; enim hîc quæcunq; probationes sufficiunt, quod edocet *Jctus in l. 28. de prob.* ubi duos testes ad immemorialis temporis probationem nullò modò admittit. Et quamvis Pontifex non credat, posse Immemorialem præscriptionem probari *c. si diligent. de proscripti ejusq; affecla Panormitanus & Felinus* propter hanc difficultatem probationem impossibilem existiment; attamen *gloss. in c. 1. de Præscript.* quam Praxis sequitur, contrarium demonstrat, formamq; præscribit eam, ut testes, qui de hoc tempore deponunt, sint 54. Annorum, quod exprimit *Zachar. Victor. d. tr.* ut sint canitiè venerabiles, & quod testes semper ita viderint & audierint à suis Majoribus, quare & in Praxi videmus advocatos præscriptionem Immemorialem probare intendentes, sic solere articulos formare, daß producent dieses Rechtes sich gebrauchet / über 20. 30. 40. und mehr Jahre / ja über Menschen Gedencfen; additq; *Mynsing. Cent. 1. O. 30.* quod testes deponere debeant de communi opinione, circa quod requisitum non ineptè notat, *Balb. 2. p. 3. pr. q. 6. n. 24.* non sufficere testem deponere de communi famâ populi, sed deponere debere de fama eorum, qui verisimiliter sciverunt & scire potuerunt, sic præscriptum fuisse. Quod eò extendit *Köpp. dec. 57. n. 89.* ut in specie testis quosdam referat, à quibus sic audiverit, ut inquiri possit, an fides ejus verbis habenda, an non; dum accidere posset, ut ab unò audiverit tantum, cujus assertio plenam probationem non inducit. Porro requirunt, ut testes deponant, quod de contrario usu non extet memoria *l. 2. C. de pœn.* quod ampliat *Gail. l. 2. O. 66. n. 10.* ut quamvis regulariter per testes singulares non probetur quid solidè, tamen in probatione Venationis, quæ per tempus Immemoriale acquiri debet, uti suprâ monuimus, sufficere, si testes singulariter deponant. *Carpzov. p. 2. c. 1. d. 7. Klock. de Contrib. c. 8. num. 41. 42. Balb.*

Balb. p. 129. num. 24. Zach. Victor. de Caus. Exempt. concl. 17. circ. fin. Mascard. concl. 1042.

LXV. Illud etiam disquiritur, an per privatam scripturam possit probari Immemorialis temporis Præscriptio, quod affirm. l. 3. C. de Jur. min. impetr. adeò ut non sit necesse de actibus quærere, à quibus ejusmodi consuetudo originem traxerit; Oldendorp. cons. 244. col. 3. Cravett. de Antiquit. tempor. p. 4. vers. materia ista. n. 3. § 41. Mascard. de Probat. L. 1. Concl. 425. n. 1. 6. Concl. 449. n. 1. Et quamvis Matth. Steph. de Jurisd. L. 1. P. 1. c. 7. p. 204. non admittit, Immemoriale tempus, cujus initii memoria scripturâ probari posset, falsè tamen admodum illi reponit Dn. Wesenb. Cons. 2. n. 82. E. nec diluvium vetustatis nomine signabitur, cum initii memoria litteris sit consignata:

Et hæc sunt, quæ de vasta hâc materiâ proferre libuit.

Ibam quo poteram, quo non poteram, ibi stabam. Si quid humani passi sumus, veniam nostram deprecamur verbis, quæ incomparabile Patriæ meæ Lumen, Dn. Laurentius Ohm/ Dissertationi suæ de Jure Episcopali adhibuit: Scilicet missis, (quorum necessitas plura fecit, quàm velim,) erratis vel minus concinnè positis veniam & monitionem amicam adhibeto: In fidibus, si quid discrepet, bonus Cytharædus non abrumpit per iracundiam, sed paulatim pertentando reducit ad concentum: Cur hic, amabo te, pigeat imitari? Me profectò cum D. Augustino, nunquam pigebit sicubi hæsito, quærere, nec pudebit, sicubi erro, discere.


Vale!

F I N I S



Ex-

AK TK 996



E Xacti Studii ratio est reddenda Parenti,
O CKELI, Themidos Pulle adamate mea.
 Reddet eam praesens quoq; Dissertatio, eaq;
 Votis Ejusdem fiet ubiq; satis.
 De probitate tua verò morumq; decorò
 Concentu locuples Norica testis erit.
 Maie tua virtute! brevi (sic auguror, opto,)
 Et Patris & Patriae clarus Ocellus eris.

*Nobilissimo DN. CANDIDATO, Juveni pio, modesto & erudito,
 Amico, Auditori & ultra triennium Consalino suo planè
 eximio, de felicissima hacce Studiorum Academicorum
 catastrophe, ex arcanò pectoris recessu congratulaturus,
 felicitatemq; ad vota uberius fluentem sincerè appreca-
 turus,* *deprop.*

GEORGIUS REICHARDUS Hammer/ D.,
 Antecessor, Consiliarius Noricus & Collegii
 Juridici h. t. Decanus.

O Mnia tempus alit, tempus rapit: usus in arcto est:
 Invigilat prudens: tacito quia tempora gressu
 diffugiunt, nulloq; sono convertitur annus.
 Atq; ita Te cavisse bonum disperdere tempus,
O CKELI, ecce Theses testes multiq; laboris
 metam! Sint posthinc, precor, omnia tempora fausta.


*Hoc ita quidem Nob. DN. CANDIDATO
 ex tempore sôbet, affectu tamen non
 temporario,*

LUCAS FRIEDERICUS Reinhart/
 Theol. P. P. & Eccl. minister.

L Ingueres assidui quò publica signa laboris
O CKELI, Patriae portio grata tuae,
 Pulpita transcendis vivis resonantia verbis;
 Te doctum monstrat pagina, lingua, manus,
 Te reducem hinc natale solum, quò dignus honore
 maectet, ut ex voto res tibi gesta cedat.


*Ita Nobil. atq; Doctissimo DN. DOCTORANDO,
 rò felix pleno ore accinunt*

COMMENSALES.



Handwritten initials and scribbles in blue ink.





R N O

æternas debiturus,

R I Æ

beneficiorum non immemor,

O N I S

ciæ submissè eliciat,

N T I

nem reddat,

C I S

exhibeat.

nc Dissertationem

Nomini ILLORUM

sacram esse cupit

ANDREAS Ockel.

